

4 J.  
8515

CAII  
INSTITUTIONVM.

Fragmenta, & Epitome

C V M

HIERONYMI ALEANDRI

I V N I O R I S

COMMENTARIO.

*Consensu Superiorum, & Privilegio.*



VENETIIS. M D C.

Apud Franciscum Bolzetam Bibliopolam  
Patauinum.



PERILLVSTRI,  
ET REVERENDISS.<sup>mō</sup>  
D. ATILIO AMALTHEO  
PROT APOSTOL. &c.

Hierony. Aleander S.



Rbem Romam summo Dei priuilegio inter alias vrbes adeo floruisse, ut omnibus gentibus admiratione semper fuerit, perquam notum est. & quemadmodum caput, & domina cæterarum vrbiuum dicta est, seu à Repub. seu ab Imperatoribus regatur, ita hoc quoque tempore eadē nomina iure merito sibi vindicare potest, ut que Ecclesiam habeat cæterarum principē. quod & Christus dominus noster futurū p̄emonstrauit, quūm non antea ob redemptionem nostram, & nasci, & mori voluit, quam̄ islet Iud̄a in Romanorum ditionē, quorum etiam iura non improbase uisus est, quūm Cesarī p̄deundum tributum respondit. Iure itaque hodie Romana iura sunt adeo in precio, vt omnes Respublē, omnia Regna, quæ recta norunt, ijs viuere, & gubernari gaudeat. Quam̄ obrem ego inter felicitatis meę partes referre soleo, si qua felicitas in terris dici potest quod me studijs Romanæ iurisprudentiæ totus addixerim. Romanam voco iurisprudentiam non tam quæ in Iurisconsultorum scriptis, & Im-

t 2 peratorum

p̄eritorum cōstitutionib⁹, sed & quē in sacris Canonum  
 libris continetur, quam Romanæ Ecclesiæ principes, hoc  
 est summi Pontifices constituere. Sed proximam hanc ui-  
 rum magis requirere existim⁹, quām ego sim, qui adhuc,  
 vt tu nosti, adolescentis sum: quē enim proprius ad res sacras,  
 & diuinias accedunt, maiori cura, & animi iudicio tractan-  
 da sunt. Alteram autem illam amanter amplexatus multa  
 obseruavi, multa scripsi. inter quæ Comm̄etariolus hic ad  
 Caij Institutiones. quem ego partum non ideo genueram,  
 vt statim in ualidum exponerem, sed tātum memorie ad-  
 iuuanda. verū amicorum precibus id dandum fuit. Ac  
 vt obtrectatorum inuidiam effugerem, illud faciendum  
 putaui, quod apud veteres olim in v̄su fuisse, compertum  
 est, quos adfixisse legitimus potētiorum titulos domibus,  
 & prædijs, ne à quoquam peterentur. quis enim frontem  
 huius libelli tuo exornatam nomine adspiciens non ab-  
 stineat maledictis? Sanè multis ex cauſis tu vñus eligen-  
 dus eras, cui ego mea hæc, quæcumque sint, inscriberem. nā  
 & consultissimus es Romani iuris, & in Romana aula ma-  
 xime conspicuus, tūm ob morū probitatem, tūm ob mul-  
 tos labores pro ecclesia libentissimè susceptos, seu à secre-  
 tis summi Pontificis fueris, seu grauissimas legationes ad-  
 ministraueris, aut alia munera obieris, in quibus neque dili-  
 gentiæ, neque probitatis quidquam desideratum vñquam  
 est. Hūc accedit, quod ego tibi arctissimo, & cognationis,  
 & benevolentia vinculo sum coniunctus, & (quod maxi-  
 mum est) tantum me tibi debere liberè profiteor, quantū  
 viro optimo, ac munificentissimo deberi par est. Accipe  
 igitur Reuerendiss. Attuncule primitias hasce meas animo  
 (quod spero) libentiæ efficies enim, ut ad maiora hic stimu-  
 lis concite, quò me & litteraria, & Christiana res vocat.  
 Vale. Patauij.

STV

## STUDIOSIS ADOLESCENTIBVS.



EXTVS iam agitur annus, ex quo ego Pa-  
 tauium veni puer adhuc, & vix signans  
 prima lanugine malas, ut iuri (uili o-  
 peram darem, quām (vt verum fatear) qua-  
 si in alterum terrarum orbem delatus mi-  
 bi videbar: ita se mihi è molli Musarū si-  
 nu erepto noua oīa, & dura offerebat. Ao-  
 sanè libellus Institutionum Iustiniani vni  
 cuiq. per se facilis, qui in bonis auctoribus  
 euoluendis aliquot dies consumserit, salebrosus mirum in modum ui-  
 debatur, ac nullam aliam ob cauſam, quām propter multiloqua in-  
 doctorū Doctorum cōmentaria; (neq. n. quæ optima eſſent, adhuc quis  
 quam patefecerat) Quod quā ego tunc tpis non intelligerē, putabā  
 me rudi nimis ingenio natū, ac ita paulatim Studiorū meorū ſpc de-  
 fituebar. Demū iā ferè elapso hoc in errore triēnio, nebulā mihi bo-  
 nus genius diſſoluit, ut statim perspicerē, eū Romanam Iurispruden-  
 tiam poſſe callere, qui Romanos mores, & iſtitutateneret. quā obrē  
 pauculos menses in ueterum auctōrū, quos potui, ac nouorum quoq. q-  
 istib⁹ docerent, lectione impendi; at id quidem raptim, & currente  
 oculo, ne quemadmodū olim Phrygibus, poſteea mihi obijceretur, ut  
 ſcr̄o ſaperē. Sequutus itaq. docti viri preceptū multa legi, multa scri-  
 psi, non tamē ex magistrorū auditorio, ſed ex ijs, que meo Marte ob-  
 ſeruaueram, defumta. perrard enim publica gymnaſia introbam. ne-  
 que tamē me latebat, quod Cicero quadam ep̄iſtola ad Trebatium  
 ſcribit, ius ciuile non tam ex libris, quanquam plurimi ſint, cognosci poſſe, q̄ doctore ēt deſiderare; ſed accidit mihi infeliciter, ut parū  
 ex doctōrū uoce addiſcerē. Neq. velim tamen aliquis existimet, non  
 propterea eos optimos eſſe Jurisconsultos, me iudicafe. Sed probē no-  
 uerā, id illos ſettari iſtituiū, quod adolescentib. probaretur, ne, ſi ali-  
 ter facerēt, ſoli in ſcholis relinquerētur, ut quādoq. prudētiorib. quo  
 que cū iſtipiētiū turba degentib. ſimiles ſe ijs oſtendere, ſit nec ſſc̄o.  
 Quis, n. neſciat, q̄ multi hodie iuuenes Pataniū accedant laſtentib. ad-  
 buc labris, & vix è Grammatices uberib. euulsi; qui regulas quafdā,  
 & ſc̄iptuſa ediscētes, triduo in corona doctōrū uirorū audent Iur-  
 isconsultos proſteri; atq; hāc ſibi ſolidā putat doctrinā, q̄ canilla-  
 tionib. cōſtet: quib. quid magis contrarium iuri, quod eſſe dicimus ar-  
 tē boni, & aequi? Horū ego turbidas turbas ſemper aufugi, eosq; mi-

bi selegi socios, qui optimis essent morib. Et recto iudicio, quibus et studia, et curas partiri consueui. Quoniamque ipsorum scripta cōicassem, (quod nec pauca profecta sunt, si tres illi anni spectentur, quos male contineuerat) coegerunt, ut ante quod Patauio discederet, aliquid in lucē emitteret, tū ut parentib. meis, et cognatis ostenderet, nō oīno me oleum, et operā perdidisse; tū ut sibi quoq. rem gratā faceret, qui qd me diligat, scriptis et meis delectantur. Aiebant quoq. vsui id vobis, huma nissimi adolescentes, et delectationi futuri: quod si ita erit, gloriabor sane, operā me non lusisse. Hunc igitur ad Caij Institutiones Commētariū ad veterē iuris disciplinā adcommodatū, sed qui nec nouā negligat, accipite, et probate, non ut ego quidē mereor, sed ut amicorum meorū, qui hunc uobis inter ceteras meas lucubratiunculas donādū elegerunt, iudiciū probetis. Licet n. quandoq. ab Aretinis, à Porcijs, à Bartolis abstineret, immo et conductit: Nam adfirmo uobis, (vsuperabo autē uerba deserti scriprioris) Qui inter isthac trm nutritur, nō magis sapere pnt, qd bene olere, qd in culina habitat. Id et quidā ex Italī nostris, et plures ex Trāsalpinis videre tentātes priſtino nitori Iurisprudentiā donare: ac magna quidē ex parte fecerunt. Reliquū modò à vobis speratur; quib. si studiū quoq. mēn probatū iri cognoscā, cognoscā et calcar additum currenti equo. Hec scripti, hec edidi adolescentib. adolescentes, scholasticus scholasticis, non ipsis secura frontis, et grauis supercilij, qui si tamen hisce minutis manus admouerint, sciant se cum pueris ludere, ac ueluti sapiens simus Socrates filiolis obsequens, equitare in arundine longa.

## DE CAIO.



CAIUS clarissimus Iurisconsultus quis fuerit, quoq; ipse floruerit, alijs alia tradidere, longeque a scopo aberrarunt. Quidam n. Flavianum illū Appiū ceci scribā putarunt, cuius mentio est in l. 2. de Orig. iur. et apud Luiū lib. 9. inf. et alios: quidā C. Linii Dru sum, que nota Cicerō lib. 5. Tuscul. et Celsus in l. 28. de Act. emtio. Quidā ex Seruij auditoribus existimarunt, quod et Bernar dinus Rutilius videtur sensisse: propterea quod Caius nominetur iter Seruij auditores à Pomponio in l. 2. de Orig. iur. quo tamē in loco vox illa CAIUS delenda est, ut recte animaduertit Cuiacius, alioquin

non

non decem, ut esse dicuntur à Pomponio, sed undecim foret. Alij Caium Cassium credidere, à quo Cassionorū familia descendit, quorum opiniones refelluntur ab Ant. Augustino lib. 1. Emend. ca. 5. Atque hi quemadmodum antiquiore fecerunt, ita alijs iuniorē, quād par erat, ac postremis tib. natū existimarunt. quippe qui arbitrii sint, eū Caracallae tēpōstatē vixisse, nonnulli Theodosio, aut Arcadio imperatē decepti Epitome institutionū, qd exponēdā suscepimus. Alij ridiculē et Iustiniani tib. qd eū quādā loco suū appelle, qd oīa falsa esse patebunt ex ipsiusmet Caij testimonio. nā ipsum uixisse sub Marco Aurelio Antonino Philosopho liquet ex leg. 9. D. ad S. C. Tertullianū, vbi Caius scribens ad Senatuscōsultū Orficianum ita ait: Sacratissimi Principis nostri oratione cauetur, ut matris intestatē hēditas ad liberos, tametsi in aliena potestare erūt, ptineat. Nā his uerbis denotari M. Aureliū, uel ex Iustiniano patet, qui in princ. Instit. ad S. C. Orfici. inquit: Liberi ad bona matrum intestatorum admittuntur ex S. C. Orficiano, qd Orficio, & Rufo Coss. effectum est Diui Marci tibibus, qui fuit annus Christi Domini nostri 179. ab urbe condita 930. quidā et cōmodus imperabat adscitus in partē Imperij ab Aurelio anno prae denti. itaque non tam M. Aurelij, qd utriusq. orationē sequitū fuisse Senatuscōsultū Orficianum, tradit Vlpianus in frag. reg. tit. 26. Hinc ergo colligere licet, uixisse Caium tpe M. Aurelij, quem subindicit et in l. 73. de lega. 1. Nam quod censuit Cuiacius in posteriorib. notis ad Instit. Iustin. cum fuisse Hadriani, sive Antonini Pij tēporibus, non inuitus quidem admiserim, dummodo non floriuīscē eū ijs temporibus, nec tanquam Iurisconsultum fuisse cognitum concedatur. quod enim inquit in l. 42. de Donat. int. vir. & vx. Niup ex indulgentia principis Antonini, &c. sane et Aurelium pōt intelligere, qui Antoninus quoq. dicebatur. Sed et ipse potius credam Antoninum Pium indicari, quem tamen iam ante obiisse, qd h. ec scriberet Caius, facile credendum est, quia principis nostri dixisset, ut de Aurelio fecit. Sic etiam Imperatorem Antoninum nominat in l. 11. de Iurisfd. om. iud. absque NOSTRI appellatione. demum id apertissimum est, quia in ceteris omnibus locis hunc Antoninū appellat DIVVM. vt in l. 1. de Iu. perf. l. 56. de lega. 2 l. 96. de leg. 3. l. 90. de Cord. & dem. l. 63. §. rescripto, Ad S. C. Trebell. quod nomē Imperatorib. tantū vita functis competebat, utiq. postquam Senatus (ut impia superstitione cerebat) inter Diuos retulisset. Adolescentulus igitur, aut etiam puer temporibus Antonini Caius fuerat, sicut

¶

& Hadriani, quod demonstrat in l.8.de Reb.dub. quām ait: Et nō  
 sita quidem ētate Serapias Alexandrina mulier ad Diuum  
 Hadrianum perducta est, &c. sic & Diuum Hadrianum nomi-  
 nat in l.26.de Fideiūsoribus, & man. Quām verò celebris fuerit Iu-  
 risconsultus, eius scripta produnt, quāe multa quidem confecit: hecq.  
 potissimum recensentur. At Edictum prouinciale libri duo, & tri-  
 ginta. Ad leges libri quīdecim. Ad edictū vī bicū libri duodecim, q  
 soli tempore Iustiniani reperi sunt, plures enim scripsérat. Auro-  
 rum, seu rerum quotidianarum libri septem. Ad leges duodecim ta-  
 bularum libri sex. De verborum obligationibus libri tres. De manu  
 missionibus libri tres. Fideicommissorum libri duo. De Casib⁹ liber  
 singularis. Regularum liber singularis. Dotalitiorum liber singularis.  
 Ad formulam Hypothecarium liber singularis. Ad edictū e-  
 dilium Curulum libri duo. De tacitis fideicommissis liber singula-  
 ris. Ad Senatusconsultum Tertullianum liber singularis. Ad Sena-  
 tusconsultum Orficianum liber singularis. Ad legem Gliciā liber  
 singularis. Regularū libri tres. de Origine vocabulorū liber singula-  
 ris. Institutionum libri tres, quorum fragmenta nos. collegimus, &  
 interpretamur. Cai⁹ magna erat auctoritas, ut eius volumina publicè  
 prelegerentur, ut tradit Iustin. Constit. Omnem, quā digesta p̄ce-  
 dit. Eiusdem quoq. scripta ab Imp. Theodosio, & Valentianino con-  
 firmata sunt, ut iuris haberent auctoritatem, l. vn. C. Theo. de Resp.  
 Prud. Et eius libri Grammaticis, & alijs doctis viris familiares e-  
 rānt. Itaq. citatur à Boetio non semel in Comment. Topic. Cicer. ab  
 Agellio lib. 11. cap. 17. à Prisciano lib. 6. à Diomede lib. 1. cap. 4. à  
 Seruio lib. 3. Georg. à Papiano nouitio Iurisconsulto in Respōsis ii. §.

## DE NOMINE CAII.



IRVM profectō uideri potest, celeberrimū  
 hunc Iurisconsultum solo tantū pranomi-  
 ne notum esse: ut nec nomen eius, nec co-  
 gnomen vllum exstet: quām tamen anti-  
 quitus etiam uilissimi homines sua nomina  
 haberēt, & cognomina. Quin vnuſquisq.  
 nomine potius, aut cognomine appellab-  
 atur, quām pranomine. Itaque C.Iulius Cæ-  
 sar, aut Iulius, aut Cæsar uocatur, non Ca-  
 ins. Sic M. Tullius Cicero, Tullius magis, aut Cicero dī, q̄ Marcus.

Sunt,

Sunt, qui putarint, cū ex Cassiorum familia fuīscē, sed nulla suf-  
 fulti ratione. Sunt, qui existiment, dictum fuīscē Caiūm Læliūm, &  
 quia q̄ Caius refert in l.8.de Reb. dub. ea Paulus in l.3. D. si pars  
 hered. pet. Lælium scripsisse adfirmat. Verūm nihil obstat, quoni-  
 mūs & Lælius, & Caius historiam eandem recensuerint, quām p̄-  
 sertim Lælium id vidisse appareat, at Caius magis narret tanquā ab  
 alio acceptum. Nominatur etiam idem Lælius Iurisconsultus. ab eo  
 dem Paulo in l.43.de Pet. hered. Est quē sine dubio Lælius Felix,  
 cuius fragmenta quādam sunt apud Agellium lib. 15. cap. 27. Scri-  
 pserunt alij Caium cognominatum fuīscē NOSTRVM, propterea  
 qđ ita appellatur à Pomponio in l. pen. de stip. seru. item à Iustiniano  
 in Proemio Digestorum, in Proem. Institutionum, & in §. item  
 lex Cornelia, Inst. de Pub. Iud. quod non ita facile admittendū ar-  
 bitror: potuit enim illum Pomponius eo modo appellare in benevolē-  
 tie, & amicitiae significationem, quia eodem tempore uixit. At Iu-  
 stinianus sic nominat, quia eo plurimum est usus, ut & ipse fatetur.  
 Sic Paulus, & Tryphonius dicere solent, Scœnula noſter, quia hoc  
 auctore ſepiuſ utuntur, quod & Caiacius notauit. Quanquām non  
 desint, qui dicant, ideo à Iustiniano Noſtrum appellatum, quia is  
 Caius fuerit Christianus, quām tamē à nemine hoc dici possit, ut hi  
 se magis diuinatores, q̄ historicos demonſtrent. Sanè & Caligulā q̄ in  
 p̄eatorē noſiatum tantūmodo Caium ex Suetonio, & alijs apparer.  
 Et quatuordecim Martyres Caios duntaxat uocatatos pie docent  
 historia, p̄sertim Romanum Martyrologium: at optimi illi Chri-  
 stiani vnicō tantū noīe ut plurimum contenti erant. Ceterū Cai⁹ no-  
 men Romanis perq̄ celebre fuit, ut ēt significat nuptialis illa forma-  
 la, Vbi tu Caius, ego Caja. & hilaris erat appellatio, nam Caij  
 dicti à gaudio parētū, ait C. Titius Probus, qui libellum conscri-  
 psit de Nominibus, Prenom. &c. qui etiam Valerio Maximo ad-  
 scribitur. Itaq. nunc Hetrusci uernaculo idiomate iucandas, letas q̄-  
 res Gaias quādoq; uocat, quo vocabulo, Dantes, Boccatus, Petrar-  
 ca, & ceteri uſi sunt. Quādo br̄c neq; absurdē quisq; existimarit, non  
 tantū pranomine, sed & cognomine aliquē appellari Caium, sicut et  
 Caius dictus est Seruus in l.9.C. de Oper. liber. nam is à L. Titio ma-  
 numissus, L. Titius Caius uocatus effet, sumebant enim patronorū no-  
 mina nominē suo in cognomen mutato, qua de re non nihil Agellius  
 lib. 4. ad fin. c. 20. Quamvis autē in Florentinis Pandectis scribat  
 perpetuō Gaius, non Caius, nos tamen edicti Romanæ scriptioris v-  
 sum, uitiosum id existimauimus. Nā etſi multa prius scriberet C lit-  
 tera,

teria, qua sono. G pronunciarent, demumq. eadem etiam hac posterio  
re litteras scribere cœpissent, auctore Varrone, & Festo, alijsq. postq.  
nam Curielius Spurius inuenit, ut ait Plutarchus Problem. 54. ta-  
men prior illa littera in Caio, & Cneo remansit. qua de re idoneum  
dabo fideiussorem Quintilianum, qui lib. 1. cap. 7 sic ait: Quid que  
scribunt aliter q̄ enunciant? nam & Gaius C littera nota, q̄  
inuersa mulierē declarat, ḡ tā Caias esse vocitas, q̄  
Caio est ex nuptialibus sacris appetet. nec Gneus eam litt-  
ram in prænominalis nota accipit, qua sonat. Denique in vnu-  
stis marmoribus semper CAIVS insculptus est, non GAIVS.

## DE INSTITUTIONIBVS CAII.



VANOV AM Iustinianus in Oratione ad  
antecessores, sribat Institutiones suas. ex  
omni pend ueterum Institutionum corpo-  
re confessas esse, samen in Proemio Institu-  
tionum fateatur, illud opus p̄cipue ex Caī  
Institutionib. eſe compositum. Ac sanè li-  
bellus Iustiniani cum hisce Caī fragmen-  
tis, & Epitome collatus ostendet, quām to-  
tus ferè ex ys transcriptus sit. ex quo præ-  
staria Caī cōprobatur, & eius Institutionū, q̄ quidē cius pōderis, &  
auctoritatis crāt, ut ab Antecessoribus publicè discipulis explicare  
tur, p̄temissis alijs aliorū Jurisconsultorū, ut patet ex eadē Oratione,  
seu Epistola, q̄ Pandectas, præcedit. Constatbat verò hā Institutiones  
ex trib. libris, quorū primus personas, earumq. statū cōtinebat, secun-  
dus Res cōpletebatur, earumq. adḡsitiones, & dominia; tertio dis-  
rebatur de Obligationib. q̄ apparer ex inscriptione l. 2. de Oblig. &  
act. cui fides magis est adhibenda. q̄ auctori Epitomes, qui duos tan-  
tum libros facit, quoniā is ēt plura capita cōfundit, q̄ nos segregam-  
mus, & causā in Commetario patefacimus. Ac demum satius est  
existimare, ordinē, quē diximus, à Caio obseruari. Index certè Iuris  
consultorum, qui Pandectas Florentinas anteit, quatuor fuisse libros  
denotat; sic n. Characterib. partim Gracis, partim Latinis scriptum  
hēt: INSTITUTION BIBLIA T ECC APTA. quod an proban-  
dū sit, nescio. certè qui Epitomen cōfecit, post obligationū tractau-  
nihil addidit, non omisurus fortasse siquid ulterius fuisse. Ego sa-  
ne

nē auctoritati illius Indicis non vultū defero, neq. puto à Pandecta  
rū cōpilatorib. fuisse conscriptū, quia & alia errata cōtinet, & plus  
res in ea desunt Iurisconsultorū libri, qui in Digesta sunt relata, in q̄b.  
neq. minimū qđē huius quarti libri fragmentum exstat. facile autē  
hmoi error manare potuit ex Iustiniani Institutionib. q̄ in quatuor li-  
bros sūt distincta. Quæ verò fragmēta exhibe trib. Caī superat, oīa  
collegimus, & eo ordine iter Epitome dispositum, q̄ aptior uisus est.

## DE EPITOME INSTITUTIONVM Caī, ciusque Auctore.



VLTIS negotiū faceſere vifa est Epito-  
me illa, q̄ titulū Institutionū Caī prafere-  
bat. Quidā n. pūtarunt, uerè esse Institu-  
tiones Caī, ac propterea in non paucos erro-  
res inciderūt, dīm multa dixisse Caīum ad-  
firmarunt, q̄ nec per sāniū quidē dicere po-  
tuerat, vt omittamus Latinitatē illā parū.  
Alij hoc perspicietes non Caī hoc  
opus, sed alterius absq. noīe eſe credidere,  
erroreq. librariorum factū, vt Caī nomen in fronte gereret. Nō nullū  
quoq. Caī quidē hoc esse opus, at non illius Caī celebris Jurisconsul-  
ti, sed alterius eiusdē noīis, qui Theodosii aīate, aut ēt paulo ante Iu-  
stinianū uixerit. solentq. appellare Caīum Iuniore. Hīq. omnes totū  
(pt dicitur) cēlo aberrarunt. At illi rectē censuēre, qui dixerunt, &  
esse Caī, & non esse: hoc est, eſe quidē Institutiones Caī, sed in cōpc  
dio redactas ab Aniano Consiliario Alarici Regis Vuisigothorum,  
quibusdā detractis, & immutatis. qua ſententia p̄cipue fuit claris-  
imi viri Iacobī Guiaci in prefatione ad Codicem Theodosianum.  
Idq. verissimū eſe, clare cōſtabit ex multis argumentis, q̄ Commen-  
tariū hunc meū legentibus occurrit. Operā pretium aut erit, quo tpe  
id. Anianus fecerit, diſcutere. Alaricus Vuisigothorū Rex nonus ab  
illo Alarico, qui Italiā ingressus est, Tolosā regnabat, up uideſe eſt  
apud Iornandē de Rebus Geticis Cap. 47. succēſerat aut̄ Eurico pa-  
tri, qđ quo fuerit anno, declarat Isidorus in Chron. Goth. sic scribēs:  
Era DXXII. anno XI. Zenonis Imperatoris, Eurico mor-  
tuō Alaricus filius eius apud Tolosense urbē princeps Go-  
thorū efficit, eosq. rexit annis viginti tribus. Fuit aut̄ is annus  
Christi

Christi 483. Quām igitur Alaricus, & Gothos subditos haberet, et Romanos, ac Goths moribus, & consuetudine potius uterentur, Romanis legibus Romanis, tentauit paulatim, & Romanos trahere ad Gothorum instituta. Itaq. quām pater eius Euricus Gothis etiam leges scriptas dare cœpisset, de quo hæc Isidor. Sub hoc Rege Gothi legum instituta scriptis habere cœperunt. nam antea tam tum moribus, & consuetudine tenebantur: Alaricus negotium mandauit Aniano viro spectabilis, ut ex omni Romana Iuris prudentia quedam decerporet, suasq. interpretationes adderet, que à Gothorum institutis non omnino abhorrenerent: quod ille anno vicesimo secundo Regni Alarici, Christi vero 504. excusatus est; concecitq. in unum uolumen Codicem Theodosianum, Codicem Hermogenianum, & Gregorianum, Pauli receptas sententias, Caij Institutiones, & alia Iurisconsultorum, & Imperatorum responsa, & placita, sed, vt ei libitum, detruncata, & falsis expositionibus deturpata. quæ omnia apparent tūm ex Commonitorio Alarici Codici Theodosiano preffixo, tūm ex Interpretatione eiusdem Aniani ad l. vn. C. Theod. de Respon. Pruden. Tam vero Aniani Glossæ, quām leges ipse iuris habebant auctoritatem, quod uel ex hoc apparet, quia Gratianus canonum collector 2. que. 6. Theodosianas leges (vt ipse ait) adducēs, caput 22. c. 25. & 26 scribit ex Aniani interpretationibus ad Pauli Sent. lib. 5. tit. 33. uit. 35. & 36. omisiss Pauli verbis. Neq. vero ea res Gothos fecellit, nam eò tandem ventum est, ut Rex Chindasvindus prohibuerit amplius uti Romanis legibus; quod habetur in legib. Visigothor. lib. 2. tit. 1. cap. 9. Ceterum Institutiones Caij pessimis modis ab Aniano accepte sunt: nam quām eas per omniū manus uersari perspicret, non, ut in ceteris, contextui adiunxit interpretationes, sed confecto ex ijs breviario adulterinum supposuit partum, hocque commento hominibus imposuit, ut crederent, id Caium scripsisse, quod ipse aut ex novo iure, aut ex suo capite confinxerat. Atque hoc illud est, quod nos pluribus in locis Commentarij nostri patfecimus. Divisimus autem hanc Epitomen in plura capita, aliter ac Anianus fecerat, notato tamen ad oram paginæ ordine ueterum editionum.

C A II



C A I T  
INSTITUTIONVM  
LIBER PRIMVS,  
C V M  
HIERONYMI ALEANDRI  
COMMENTARIO.



De Iure gentium, & Ciiali. Cap. I.

C A I V S.



MNES populi, qui legibus, & moribus reguntur, partim suo proprio, partim communis omnium hominum iure vtūt. Nam quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium ciuitatis est; vocaturque ius Ciuale, quasi ius propriū ipsius ciuitatis. Quod verò naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peræquè custoditur; vocaturque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes vtuntur.

Ierony. Alean. Comm.

A Aria-

## Institutionum Caij

**A**Nianus, qui (ut satis appetet) redegit in Epitomen institutiones Caij, multa omisit, nec tantum particulas capitum, sed & capita integra. ac quod Caius tribus libris, ipse duobus complexus est. certe compendium non habet huius fragmenti, quod existat in l. 9 D. de Iust. & in. & apud Iustinianum sub tit. de Iu.natu. gent. & Ciuiti. idque nos titulo DE IURE GENTIVM, ET CI-VILI muniuimus.

**QVI LEGIBVS.]** Non hoc demonstrat, ut quidam sint populi, qui sine legibus, moribus & viuant; quod enim referat, non propterare restringit. Sed ait, quum omnes populi legibus, moribus & viuant, partim suo proprio, partim communii omnium iure utuntur. quod intellexit Theophilus, quum ait: Omnes igitur populi aut scripto iure utuntur, aut non scripto; & alias proprio, idest ciuili, alias communii, idest iure gentium. *Ius scriptum lex est, ius non scriptum consuetudo, seu mores.* Vtrumque ius apud Romanos est, l. 6. de iust. & in. §. constat. Inst. de iu.nat.gen. & ciu. at earatione, ut quum scriptis legibus non utimur, id custodiiri oporteat, quod moribus, & consuetudine inductum est, l. de quibus, D. de legib. Athenienses scripto solummodo iure, Lacedemonij morib. tantu viuebant, §. sine scripto, Inst. de iu.nat.gen. & ci.

**QVOD UERO NATVRALIS RATIO.]** Quod naturali ratione inter omnes homines peraque obseruatur, ait idem Caius li. 2. aureorum. l. 1. de Adq. rer. dom.

**VOCATVR QVE IJS GENTIVM.]** Quod & naturale vocat Cicero lib. 2. de Iuuent. Rhet. lib. 2. de legib. lib. 3. Offic. & Iustinian. §. vlt. Inst. hoc tit. §. 1. & §. singulorum, de Rer. diuinis. Ex hoc iure introducta sunt bella, & capiuitates, & seruitutes, & manumissiones: discrete gentes, regna condita, dominia distincta, agris termini positi, aedificia collocata, commercium, emptiones, venditiones, locationes, conductiones, obligationes instituta, exceptis quibusdam, quae a iure ciuili introductae sunt. illud etiam, ut vim, atque iniuriam propulssemus, ut hominem homini insidiari nefas sit, l. 3. l. 4. l. 5. de iust. & in. §. Ius autem gent. Inst. hoc tit. Iuris gentium quoque est erga Deum religio, ut parentibus, & patria pareamus, l. 2. de Iust. & in. Nec verò diuisionem nostrorum interpretum admitto, qui aiunt, ius gentium duplex esse, Primum scilicet (ut eorum verbis vtar) & secundarium: Primum eße rationem a Deo nobis insitam, ex qua fiat, ut Deum veneremur, parentibus parkamus, & huiusmodi, nam quum querimus, quid sit ius gentium, non rationem

## Liber Primus.

tionem ipsam dicemus eſſe, quis enim rationem ius dicat? sed quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, idque apud omnes populos peraque custoditur. Propterea quod de Religione dicitur, non hoc est, ut consideremus singulos homines per se de divinis cogitare, & animo, proprioque actu Deum venerari, quod & Elephan- tos facere quidam scribunt, sed apud omnes gentes receptum eſſe, ut rigeant religiones, tēpla qđifificantur, sacerdotes creentur, ritus, ce- remoniae, sacrificia instituantur, que qui neglexerit, supplicio aliquo mulctatur. pariter ut filii parentibus pareant, communii omnium iure custoditur, ut qui inobedientes, & contumaces aduersus parentes fuerint, pœna aliqua coercentur. quod sensit auctor Rhet. ad Heren. qui lib. 2. ait: natura ius est, quod cognitionis, aut pietatis causa obseruatur, quo iure parentes à liberis, & à parentibus liberi coluntur. id verò, quod scribit Pomponius in d.l. 2. de iust. & in. sumptum videatur ex Xenophon, li. de Dicit. & fact. Socra. ait enim, Καὶ γὰρ τὰ σὺν αὐθεόποιο τὸ πότον νοῦς γέται, θεος αἴσθεται καὶ γούεας τιμᾶται, τανταχὲ νοῦς γέται. hoc est: Etenim aptid omnes homines prima lex est, Deos venerari. insuper ut parentibus honorem habeamus, vniuersalis lex est.

## C A I V S.

**O**Mne ius, quo utimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones,

**H**Abetur hoc fragmentum in l. 1. D. de statu hom. & in §. vlt. Inst. hoc tit. nou est autem cum superiori adeo coniungendum, ut non pro certo habeamus, quicdam deesse, ea scilicet, aut similia, que Iustinianus inter utrumque enumerat. nempe Romanos tam proprio, quam communii iure vti: proprium ius, aut scriptum eſſe, aut non scriptum: Scriptum constare lege, plebiscito, Senatusc. Principum placitis, magistratum edictis, responsis prudentium. hęcque omnia abunde declarasse. Nunc accedit ad applicationem vniuersi iuris, ut vel ad personas spectet, vel ad res, vel ad actiones. que ipse sic digessit, ut primo libro de personis loquatur; Secundo de rebus tractet; Tertio de actionibus differat, aut potius de obligationibus, que matres actionum sunt: quem ordinem non seruauit Iustinianus, qui in quatuor libros Institutiones suas dispositit.

## Institutionum Caij

**A D R E S.]** Hoc nomine omnes contractus, & modi intelligi debent, quibus res adquiruntur.

## De iure personarum. Cap. II.

### C A I V S.



Vmma itaque de iure personarum diuisione hæc est, quod omnes homines, aut liberi sunt, aut serui.

**E**X l. 3. de Statu hom. hoc caput titulum de  
IVRE PERSONARVM præferre debet, etiam Justiniani Institutiones demonstrant. qui autem epiteme confecit, is (credo) ex suo capite capita diuisit, & titulos adfixit.  
**S V M M A ]** maxima, prima, que maiores partes sub se continent, quam reliquæ personarum diuisiones.

**A U T L I B E R I S V N T , A U T S E R V I . ]** Vnusquisque aut omnino liber est, aut omnino seruus. nemo est, qui pro parte sit liber, pro parte seruus. & quamquam libertas τὸ μᾶλλον, καὶ τὸ ἄττικον recipiat, melior enim libertate fruuntur ij, qui ingenui sunt, quam qui libertini: rursum ex libertiis melior erat conditio ciuitatis Romanorum, quam Latinorum, aut Dedititiorum, & Latinorum melior, quam Dedititiorum. nihilominus omnes liberi sunt, nec quisquam pro parte seruus est, at seruorum conditio nullam prouersus admittit differentiam, §. vlt. Inst. de iu. pers. quamuis enim quidam diuiriorem, quidam minus acerbam seruiant seruitutem, non tamen constituit ius ciuile, minus hosce seruos esse, quidam illos: &, ut Theophilus ait, scindi in species seruitus non potest.

### E P I T O M E.

**Lib. j. tit. i.** Cuius institutionum liber primus dicit, omnes homines, aut liberos esse, aut seruos.

**E**T si fragmenta Institutionum Caij non existarent, hoc tamen initium veritatem patefaceret, & una initium secundi libri.

Sed

### Liber Primus.

3

### E P I T O M E.

**S**ed & ex ipsis, quilibet sunt, alios esse ingenuos, Lib. j. alios libertinos: Ingenuos, qui ingenui nativi sunt: tit. j. Libertinos, qui iusta seruitute manumissi liberi sunt.

**V**ale dubito, Anianum omisisse definitionem libertatis, & seruitutis, quarum alteram Florentinus dixit esse naturalem facultatem eius, quod cuique facere libet, nisi si quid vi, aut iure prohibetur: alteram esse constitutionem iurisgentium, qua quis dominio alieno contranaturam subiicitur, l. 4. de Statu ho. §. i. Inst. de iu. pers.

**Q U I I N G E N U I N A T I S V N T . ]** Idem per idem explicatum videtur. Marciianus, quidem in suis Institutionibus ingenuos esse dicit, qui ex matre libera nativi sunt, l. 5. de Statu hom. Justinianus ingenuum ait, qui statim ut natus est, liber est: siue ex duobus ingenuis natus, siue ex libertinis duobus, siue ex altero libertino, & altero ingenuo, siue etiam ex patre seruo, matre libera, §. i. Inst. de ingen. Forte vero (si non potius QUI LIBERI NATI S V N T scriptit Caius) respexit ad prisca libertinorum appellationem: nam si quis recte Iurisconsultorum Institutiones, & regulas perspexerit, ut debet multa ad antiquorum temporum usum spectantia. Constat autem olim falsum fuisse, ingenuos esse omnes, qui matre libera nativi sunt, nam qui matre libera, patre liberto nascebantur, libertini dicebantur, non ingenui. id patet ex Sueton. Claud. cap. 24. dum ait; Laticlauum, quamuis initio affirmasset non lecturum Senatorem, nisi ciuius Romani abnepotem, etiam libertini filio tribuit, sed sub conditione, si prius ab equite Romano adoptatus esset. ac sic quoque reprehensionem verens, et Ap. Cæcum censorem, generis sui proauctorem libertinorum filios in Senatum allegisse docuit, ignarus, temporibus Appi, & deinceps aliquandiu libertinos dictos, non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos. quod & apud Ciceronem intelligi reor in Orat. pro Cuentio, eo loco: nam Popillium, quod erat libertini filius, in Senatum non legit. Post illa tempora ingenuus erat, qui liber nascebatur, praeterquam in casu l. cum inter, 14. C. de fideicommiss. lib. Hodie omnes indistinctè non solum nascentur, sed manumissi in Hier. Alcan. Comm.

A 3 genui

## Institutionum Caij

genui statim sunt, Nou. 78.

**NATI SVNT.**] Et in eodem statu permanerint; nam si quis natus ingenuus sit, postea aliqua ratione in seruitutem deueniat, non ingenuus tunc, sed seruus est, qui si manumittatur, libertinus, non ingenuus erit, liber homo, 21. de statu hom. At etiam qui ingenui nati non sunt, ex postfacto iuris interuentu, ingenui sunt. vt ecce, si libertinus a Principe natalibus suis restitutus fuerit. illis enim ratione natalibus restitutus, in quibus initio omnes homines fuerunt, non in quibus ipse nascitur, quum seruus natus esset, hic enim quantum ad totum ius pertinet, perinde habetur, atque si ingenuus natus esset, l. 2. de Natal. resti. non ita qui ius aurorum anulorum accepit, is enim vere ingenuus non fit, quamvis ut ingenuus habetur, l. pen. de iu. aur. an. l. 3. de bon. liber. itaque qui ius aureorum anulorum impetravit, patronoreuerentiam exhibere debet, l. 10. de in ius voc. deniq ius aureorum anulorum non statum ingenuitatis, sed imaginem libertinis dat, l. 2. C. de iu. aur. an.

**LIBERI FIVNT.**] Hæc Anianus diligenti nimis declaratio ne; nam quid opus fuit dicere LIBERI FIVNT? quasi vero aliqui ex iusta seruitute manumissi liberi non sunt. Certe qui rectè manumissi sunt, amplius serui non sunt, at qui serui non sunt, liberos esse fatendum est. summa namque diuisione personarum est, omnes homines aut liberos esse, aut seruos. Caius ea verba omisit, cuius hac sunt in l. 6. de statu hom. & §. 1. Inst. de Libert.

## C A I V S.

**L**ibertini sunt, qui ex iusta seruitute manumissi sunt.

**O**lim (vt docuimus) libertini erant filii eorum, qui serui esse desierant, hodie ingenui sunt. Sed alia ratione discrepant inter se haec appellationes, quia libertus refertur ad patronum, sicut patronus ad libertum, & (vt dicunt) correlativa sunt inter se nomina. vt quum filium dicimus, respicimus patrem, quum patrem, ad filium cogitatio venit. Libertini autem appellatio generis conditionem respicit. itaque si quem dixerimus seruum non esse, sed nec ingenuum, tunc libertinum fatebimur. atque hoc ex Vlpiano pribari possunt, l. vlt. si libert. inge. esse di. & Mod. l. 1. de excusatu.

**EX IVSTA SERVITVTE.]** Iusta seruitus est à iure cōprobata,

## Libēr Primus.

ta, ut corum qui in bello capti sunt, vt vernarum, hoc est, qui domi nascuntur, vt qui maiores xx. annis ignoranti se venundari sint pas si pretij participandi gratia. hi que manumissi libertini sunt: qui alter in seruitute sunt, manumissi ingenui remanent. aliud enim est, seruum esse, aliud seruire, vt ait Fabius lib. 5. cap. 10. qui a latrunculis, & prædonibus capiuntur, seruiunt quidem, sed serui non sunt, l. hostes, l. latrones, de Capt. & postl. reu. pariter qui in ciuilibus disensionibus capiuntur, l. si quis, 21. §. vlt. eod. titu. & qui ignarus status sui diutino tempore seruierit, l. 2. C. de ingen. man. sic q̄, qui nexi in seruitute creditoribus addicebantur, de quibus sic Quintilian. lib. 7. cap. 4. Circà propria, ac differentia magna subtilitas, vt quum queritur, an addictus, quem lex seruire, donec soluerit, iubet, seruus fit. altera pars finit ita: Seruus est, qui est iure in seruitute. altera, qui in seruitute est eo iure, quo seruus, aut, vt antiqui dixerunt, qui seruitutem seruit. quæ finitio etiam si constat equo, nisi tamen proprijs, & differentibus adiuvetur inanis est, dicet enim aduersarius seruire eum seruitutem, aut eo iure, quo seruum. Videamus ergo propria, differentiaque liberorum, quæ libro quinto leuiter in transitu attigeram. Seruus quum manumittitur, fit libertinus, Addictus recepta libertate est ingenuus: Seruus iuncto domino libertatem non consequitur, Addictus soluendo citra voluntatem domini consequitur; ad seruum nulla lex pertinet, Addictus legem habet, &c. Theophilus non contentus iusta seruitute, addit & legitima, at quam assert rationem satis non percipio. mihi quidem iusta seruitutis appellatione abundè intelligi ea videtur, quam Caius intendit. Ceterum non me latet, iustum seruitutem posse dici alterius serui, qui mihi bona fide seruit, l. & generaliter, 28. de Noxal. act. & liberi hominis, quem bona fide possedeo, l. si seruus, 34. de Stipul. seruo.

**MANUMISSI SVNT.**] Seruitus contra naturam est, §. 1. Inst. de iu. pers. at vitium hoc necessarium fuit. innatum est tamen manumissionis remedium, sed non omnino naturæ seruiens, ne que enim plenam tribuit libertatem. Quid ergo si domininus seruum manumittens paciscatur, velle se eum esse ingenuum? ac pot quidem dominus ius patronatus hodie remittere, l. vlt. C. de Bon. lib. facere tamen non pot, vt is libertine cōditionis non sit, l. ingenui, C. de inge. manu. re. Et Seneca Epi. 31. Quid est eques Romanus, aut libertinus, aut seruus? nomina ex ambitione, aut ex iniuria nata.

Lib.j. **I**n genuorum omnium unus status est. libertorum vetit.j. rō ideo non unus, quia tria sunt genera libertorum; quia liberti aut ciues Romani sunt, aut Latini, aut Deditij. Tamen qui ciues Romani sunt, qui Latini, qui Deditij, breuiter explanandum est.

**L**iberi homines, aut Ingenui sunt, aut Libertini. Ingenuorum unum est genus, aut, ut Dialetici loquuntur, una est species, atque ea postrema, quae nullas sub se species habet.

**I**DEO NON VNVS, QVIA &c.] A primis urbibus Romae cunabulis una, atque simplex libertas competit, id est eadem, quam habebat manumissor, nisi quod libertinus erat, qui manumitterebatur, manumissor ingenuus, §. Libertinorum, Inst. de libert. Erat igitur Ciuis Romanus, qui ex seruo factus fuerat liber: sicque Cicero loquitur pro Corn. Balbo eo loco: Seruos denique bene de Repub. meritos persepe libertate, id est ciuitate publicè donari uideamus, at ea libertas nulla alia manumissione dabatur, quam tribus illis, qua infra declarabuntur, censu scilicet, vindicta, testamento, quod idem Cicero ostendit in Topicis, ubi ex partium enumeratione argumentum deducit; ait enim: Si neque censu, neque vindicta, neque testamento liber factus est, non est liber; neque est villa earum rerum, non est igitur liber. omnes enim hic partes manumittendi nominat, nam si eo tempore in usu fuissent manumissiones inter amicos, aut per epistolam, haecque liberum fecissent, corruget argumentum: prima enim positio (quam maiorem ijs uocant) nullatenus admitteretur, quod & Boetius ibidem exsequitur. Neque mouet me, quod in Plauti, Terentij quæ Comœdijs seruos manumitti uideamus nullo ex his tribus modis, nam ea actiones inter Grecos, & exteras gentes, ut plurimum sorgebantur, penes quos Romanorum solemnitates in usu non erant: utique enim sicut seruitutes, ita manumissiones iuris gentium sunt, b. 4. de Iust. & in. & Theophilus in §. Deditios, Inst. de Libert. natu rales uocat manumissiones inter amicos, per mensam, per epistolam, legitimas vero censu, vindicta, testamento. quod si quis aliter, quam uno ex ijs tribus modis manumissus fuerat, non liber esse, sed in libertate morari dicebatur, quod preclarè patet ex fragmanto Dosithei

thei magistri Grammatici, quod cum Theodosiano Codice circum fertur, in eo sic est, leuiter à me emendato. Primum ergo videamus quale est, quod dicitur, eos qui inter amicos apud veteres manumittebantur, non esse liberos, sed domini voluntate in libertate morari, & tantum seruendi metu dimitti. Antea enim una libertas erat vindicta, uel testamento, vel censi, ex qua ciuitas Romana competit manumissionis, quæ appellatur legitima libertas. Hi autem, qui dominum uoluntate in libertate erant, manebant serui, & si manumissores audebant in seruitutem denuò eos per vim ducre; interueniebat Praetor, & non permittebat manumissum seruire. Omnia tamen tanquam seruus adquirebat manumissori: & siquid stipulabatur, vel si per scripturam acceperat, uel ex quacunque causa alia adquisierat, domini hoc faciebat. quare is quodammodo seruus erat, at seruitus non seruiebat interposita Praetoris auctoritate. in libertate igitur morabatur, at non in ea libertate, qua ciues Rom. quam legitimam. Dositheus appellat, Vlpianus in fragm. iustum, ut & Sueton. Aug. cap. 40. Seruos non contentus multis difficultatibus a libertate iusta remouisse, quum & de numero, & de condicione, ac differentia eorum, qui manumitterentur, curiose cauisset, hoc quoque adiecit, &c. eodem quoque capite probatur, quod nos diximus, ijs temporibus Ciuitatem Romanam cum libertate semper fuisse coniunctam, sic enim de Augusto scribitis magni præterea existimans sincerum, atque ab omni collatione peregrini, ac seruili sanguinis incorruptum seruare populum, & ciuitatem Rom. parcissimè dedit, & manumittendi modum terminauit. qui igitur ijs tribus modis manumissus non erat, quamvis in libertate morabatur, tamen liber dicere non poterat, quod etiam ex Vlpiano apparet, qui in Fragment. Regular. tit. 1. ait. Hodie autem ipso iure liberi sunt ex legi Junia, qua lege Latini sunt nominati inter amicos manumissi. desunt enim quadam, que hanc sententiam antecedebant, quibus verisimile est dictum fuisse, nullos ex seruis extitisse liberos, nisi qui uno ex ijs tribus modis manumissus esset.

## De Libertinis. Cap. III.

## E P I T O M E .

Lib. j.  
tit.)

Cives Romani sunt, qui his tribus modis, idest testamento, aut in Ecclesia, aut ante consulem fuerint manumissi.

**H**ec tertium caput distinximus, quod epitomator non seruavit, qui id sub primo capite habet cum inscriptione D E LIBERTATIBVS SERVORVM nos titulum posuimus D E LIBERTINIS sequuti Vlpianum in fragmentis, & Iustinianum in Institutionibus.

**CIVES ROMANI.**] Una olim libertas erat, eaque Ciuium Romanorum, ut declaratum est; cuperunt postea tria esse genera libertorum, nam qui manumittebantur, modo maiorem, & iustum libertatem consequebantur, & fiebant Cives Romani: modo minorem, & Latini ex lege Iunia Norbana fiebant: modo inferiorem, & fiebant ex lege Aelia Sentia Deditiij, §. Libertinorum, Inst. de Libert. Hic a nobilioribus incipit; declaratque qui liberti Ciues Romani fiant.

**TESTAMENTO.**] Ut testamento manumissi liberi sint, lex 12. tabul. facit, ait Vlpian. in Fragm. tit. 1. ea enim lege ita cunctum fuerat: PATER FAMILIAS VTI SVPER FAMILIA, PECUNIA QUE SVA LEGASSIT, ITA FVS ESTO, vt est apud Auctor. Rhet. ad Herenn. & alios, quibus verbis latisima potestas tributa videtur, & heredis instituendi, & legata, & libertates dandi, vt ait Pomponius in l. Verbis, 120. de verb. sign. itaque ex latisima hac potestate poterat testator quosque seruos, & totam familiam testamento manumittere. at (vt inquit idem Pomponius) interpretatione coangustatum est, uel legum, uel auctoritate iura constituentium, nam lege Caninia modus terminatus est numero seruorum testamento manumittendorum, de qua in quinto capite erit sermo. modum etiam imposuit lex Aelia Sentia, q. in fraudem creditorum, & patroni manumittere prohibet, aut si manumissor sit minor 20. ann. de qua etiam infra loquemur.

Ante

**A**nte verò legem Iuniam qui testamento manumittebantur ciues Romani erant, post legem Iuniam hac etiam in parte coangustata est testatoris potestas, nam minor 20. annis seruus manumissus perinde haberri iubetur, atque si domini voluntate in libertate esset, ideoque latinus fit, ut ait Vlp. in fragm. tit. 1. Pariter qui est in bonis testatoris (de quo dominij genere infra cap. 9. verba habebimus) non etiam ex iure Quin itum tempore faciendi testamenti, & mortis testatoris, iustum libertatem non consequitur, ut idem Vlpian. declarat, & Theoph. in §. vlt. Inst. de libert. Et qui testamento seruum manumiserat ea conditione, ut Latinus esset, iustum libertatem non consequebatur, sed Latinus fiebat. l. unic. §. illo procul dubio, C. de lat. lib. toll. Similiter si sub conditione libertas data esset, & pendente conditione seruum hares manumissem, d. l. un. §. sequen. Testamento autem manumissus ita demum fit liber, si testamentum ualeat, ut ex eo adiusta sit hereditas, uel si quis omissa causa testamenti ab intestato possideat hereditatem, l. testamento, 23. l. sciendum, 32. D. de man. testa. uel si heres scriptus per in integrum restitutionem abstinerit hereditate, l. 3. C. de testam. manum. Modò uero directa libertas testamento dabatur, hoc modo; Liber esto. Liber sit. Liberum esse iubeo. quam qui consequebantur, nullius liberti erant, l. si necem, de bon. lib. uocabantur autem liberti Orcini, & apud Vlp. in fragm. tit. 2. & in l. directis, 10. C. de testam. manum. §. libertas, Institut. de sing. reb. per fid. reli. & alijs locis. ab Orco deducto nomine, quasi Orci liberti essent, ad quem descenderat dominus: Theophilus uocat Charonianos, quasi Charontis libertos. Modò fideicommissaria relinquebatur libertas, quum heres rogabatur, ut seruum manumitteret; ut puta; Rogo, fidei committit heredis mei, ut Stichum seruum manumittat. isque heredis libertus fiebat. cuius rei titulus est in Pandectis, & Codice. Sicut autem alienares legari, aut per fideicommissum dari potest, ita alieno seruo libertas fidei commissio (neque enim directa potest) datur, l. libertas, de fideicommissario. liber. tunc enim debet heres seruum redimere, & manumittere, uel magno prelio, si id a testatore sit iussum, l. impuberem, 22. §. si testamentarius, ad leg. Corn. de fals. quod si iussum non sit, iustum precium attenditur, quoniam nec precij computatio pro libertate fieri potest, utpote pro re inestimabili. quod si dominus non uendat, extinguebit olim libertas, ut Vlpian. ostendit in fragm. tit. 2. ad fi. hodie non deficit, quia possit tempore procedente, ubiunque occasio serui redimendi fuerit, prestari libertas ex rescripto Alexandri, l. deberi, C. de

## Institutionum Caij

de fideicommissariis, libertas. Inst. de sing. reb. per fid. rel. Quid autem si heres, qui rogatus est libertatem dare, (quum ex testamento iusta libertas competit) uellet Latinum facere? Et statutum est non posse, serui enim deteriorem conditionem heres facere non potest, l. si is qui ex causa, de fideicommissario, liber, nam & si seruo, ante quam manumitteretur, injecta fuissent vincula, quia Deditiorum numero fuisse, extinguebatur fideicommissaria libertas, l. fideicommissaria, 43. de fideicommissario.

**IN ECCLESIA.]** Nulli dubium esse debet, quin Caius scripsit CENSU. at Anianus, que sua aetate obsoleta erant, in hac Epitome omisit, quaeque tunc oblitibant, adscriptis, ut manumissio in Ecclesia, que a Constantino adiuuata est. Quoniam igitur de Censu loquutus fuerat Caius, de hoc non nihil differemus. Censor dictus est, inquit Varro lib. 4. de lin. lat. ad cuius censionem, id est arbitrium censeretur populus. idem quoque (ut est apud Nonium) lib. 2. de vita pop. Rom. Itaque quod hos arbitros instituerunt populi, Censores appellarunt. idem enim ualeat censere, & arbitrari. Ad arbitrium itaque censorum quinto quoque anno ciues censebantur, id est in publicas tabulas referebant nomina, filios, agros, pecuniam, seruos, quos possidebant, pro quib. tributum penderbant, l. 21. §. vlt. de ann. leg. l. generali, 32. in fin. de usu fru. leg. id quod a Ser. Tullo Rom. Rege inuentum est, ut refert Dionysius, libr. 4. forma vero deferendi in censem exprimitur aliquatenus in l. 4. de censib. Debebat autem quisque res suas deferre, quod si quis alienas detulisset, idque fecisset domini consensu, ipse Dominus efficiebatur. l. Censualis, C. de donat. At soli ciues censebantur, quod quibusdam locis ostendit (Cicero pro Corn. Balbo, & pro Arch. Poeta. quin, ut tradit Dionysius, ciues, qui secus fecissent, amisiserunt, et ciuitate efficiebantur serui, & publice uenabant ex lege Ser. Tulli: quod & Cicero pro Cæcina tangit: quum autem incensum vendidit, hoc iudicat, quum iij, qui in seruitute iusta fuerint, censu liberentur, eum, qui, quum liber esset, censi noluerit, ipsum sibi libertatem ab iudicasse. & Vlpia. in fragm. tit. de tutel. Maxima capitum diminutio est, per quam, & ciuitas, & libertas amittitur, ueluti quum incensus aliquis uenierit, quamobrem quum liberi nisi censi essent, serui fiebant, consequens erat, & serui, qui lustrali censu Roma iussu dominorum inter ciues Rom. censem profitebantur, liberi, & ciues euaderent. hique censu manumitti dicebantur, ut est apud Vlpian. in fragm. titu. 1. Boet. in

Top.

## Liber Primus.

7

Top. Cice. Theop. in §. vlt. Inst. de libert. Quum autem censendo finis factus foret, lustrum condicatur, hoc est sacrificio, quod Sueouetaurilia vocabant, populus lustrabatur, & quoniam id quinto quoque anno fiebat, lustrum pro quinquennio dici caput. Quoniam vero quod censu facta erat, lustrum cōdito cōfirmabatur, dissensio fuit, an seruus, qui censu manumissus esset, ante conditum lustrum liber foret: quod M. Tullius significat lib. 1. de Orat. ijs verbis. Quid de libertate, quo iudicium grauius esse nullum potest? nonne ex iure ciuili potest esse contentio, quum queritur is, qui domini uoluntate census sit, continuo ne, an vbi lustrum conditum, liber sit? Praclarè vero de Censuali manumissione in fragm. Dosithei magistri Grammaticæ, ita scriptum est: Et qui in censu manumittitur, si triginta annos habeat, ciuitate Romana potitur. Census tamen Romæ agi solet. Census autem lustro conditur. Est autem lustrum quinquennale tempus, quo Roma lustratur, sed debet hic seruus ex iure. Qui ritum manumittentis esse, ut ciuis Romanus fieri possit. Magna tamen dissensio inter prudentes, utrum eo tempore vires accipiant omnia, in quo census, an eo tempore, in quo lustrum conditur. Existimant enim censum descendere ad diem lustrorum, non lustrum decurrere ad diem census. Propterea quæsumus est, quia omnia censu aguntur, lustrum confirmantur. Sed in ciuitate Romana tantum censum agi declaratum est, in prouincijs autem magis professionibus utuntur.

**ECCLESIA.]** Manumissio in æde sacra, qua ciues Romani fiebant, inuenta est (ut diximus) a Constantino, quem super ea re tres constitutiones scripsisse, constat ex Histor. tripart. lib. 1. cap. 9. quarum duæ extant sub titulo Cod. De his qui in Ecclesijs manumittuntur. Id autem sub aspectu antistitum fieri debebat, hoc est Episcopi, & Presbyterorum, aut Presbyterorum, & Diaconorum, ut exponit Papinianus Respons. lib. tit. 3. Sicque manumissos Ecclesia a quocunque defendit, ut qui eis aut status, aut peculij questionem mouerit, animaduersione ecclesiastica coerceatur. c. eos qui, cap. liberti, dist. 87.

**ANTE CONSULEM.]** Hic de Vindicta agendum est, hoc est de manumissione, quæ fit vindicta, quæ lictoris virgula erat, quod Boet. ita explanat in Topic. Cic. Erat etiam pars altera adipiscendæ libertatis, quæ Vindicta vocabatur. Vindicta vero est

## Institutionum Caij

est virgula quædam, quam lictor manumittendi serui capiti imponens, eundem seruum in libertatem vindicabat, dicens quædam verba solemnia: atque ideo illa virgula vindicta vocabatur. & veteres *Glossæ ad illum Persij versum Sat. 5.*

Vindicta postquam meus à Prætore recessi.

Virga est, inquiunt, qua manumittendi à Prætore in capite pullant, ideo dicta, p̄ eū vindicat libertati. Eam festucā nominat idem Auctor ead. m *Satyræ*. Non in festuca, lictor quam iactat ineptius, vt & Plaut. *Milite glor.* Quid ea? ingenua, an festuca facta, serua, an libera est? & Plutarchus in lib. de *Serunum vind. ait*, Romanos corporibus eorum, quos liberos faciebat tenuem festucam solitos impomere. Putat verò idem Plutarch. in *Publicula*, quod & Liuius lib. 2. & Theophilus confirmare videntur, dictam vindictam à Vindice *Vitelliorum familiæ seruo*, qui primus ea festuca liberatus est. Sed à vindicando potius trahi id nomen videtur, vnde etiam vindicie. Vindicie (*Ait Festus*) appellantur res eæ, de quibus controversia est, quod potius diciatur vis, quæ fit inter eos, qui contendunt. Sic enim legendū videtur ex eo, quod Agellius ait in fin. cap. 9. lib. 20. vbi de *Vindicijs tractat*: conferens vim illam ciuilem, & festucariæ, &c. Apud consulem igitur, aut Proconsulem, aut prætorem, aut quemuis magistratum, qui legis actionem haberet, dominus caput serui, aut aliud membrum tenens dicebat: Hunc hominem liberum esse volo, vt ostendit Fest. lib. 11. tunc seruu libertatem vindicabat, seu pro eo lictor, qui vindictam imponebat, & recipiebat, & quædam solemnia verba loquebatur. Prator autem libertatem addicebat, quam ad rem fortè pertinent notæ illæ apud Probum in *Actionib. S.S.C.S.D.E.T.Y.* hoc est, secundū suam causam, sicuti dixi, ecce tibi vindicta. Existimo enim, easdem solemnitates tunc adhibitas, quæ in cessionibus in iure adhibebantur, de quibus lib. 2. disputabimus. certe enim hæc manumissio in iure cesso erat: idque patet facit Ulpianus, qui in *Fragm. tit. 19. ait*: In iure cedi res etiam incorporales possunt, velut ususfructus, & hæreditas, & tutela legitima, & libertas. Apparet autem & tunc manumissos circumagi solitos ex eadem Persii Sat.

Quibus vna Quiritem

Vertigo facit. hic Dama est non tressis agaso,

Verterit hunc Dominus, momento turbinis exit

Marcus Dama. Et meminit Seneca in quadam epist. & 2. controuersi.

## Liber Primus.

8.

trouersi. vnde Ambactus seruus, seruus circumactus. Festo dicitur. Solemnitates autem verborum in desuetudinem abierunt; itaq; manumissio per lictorem domino tacente fiebat: & uerba solemnia licet non dicebantur, vt dicta accipiebantur, l. antepen. de Man. vind. sed et si lictor non adesset, ea res agi poterat: scribit enim Ulpianus, se, quum in villa cum prætore esset; passum esse apud eum manumitti, et si lictoris presentia non esset, l. ego 8. de Man. vind. neque enim omnino necesse est pro tribunali manumittere, sed & in transitu, & quum lauandi, aut gestandi, aut ludorum gratia prodisset magi stratus, l. anteced. cod. tit. Sciendum autem, apud filium familias magistratum manumitti posse, etiam si ipse filius familias manumittere non possit l. 18. cod. tit. at Prætor apud Collegam suum manumittere non potest, l. ead. quia par imperium habet: apud Consulēm verò, qui maius habet imperium, poterit manumittere, l. Apud, 23. de Manumiss. Sed Consul apud collegam videtur posse, l. vii. de Off. Cons. & Prætor apud se, dum consilium prebet, l. 5. de Man. vind. Hique vindictam exigunt: sed Imperator, quum seruum manumitterit, non vindictam imponit, sed quum voluerit, fit liber is, qui manumittitur ex lege Augusti. d. l. Apud. de Manumiss.

## E P I T O M E.

**L**Atini sunt, qui aut per epistolam, aut inter amicos, Lib. 1. tit. 1. aut conuiuij adhibitione manumittuntur.

**H**æc libertatis species lege Junia Norbana introducta est, que lex lata fuit Tiberij Ces. tempore, M. Junio Silano, L. Norbano Balbo Cons. anno ab V. C. DCCLXXI. d. Christo nato XX. Quare Latini Iuniani dicti sunt ad differentiam Latinorum Colonia norum, quorum exemplo hi sunt inueniti, vt ait Iustinian. in l. vii. C. de Lat. lib. toll. & in fragmento Dosithei ita est: Sed nunc habet propriam libertatem qui inter amicos manumittuntur, & sunt Latini Iuniani, quoniam lex Junia, quæ libertatem eis dedit, exequauit eos Latinis Colonarijs, qui tunc erant Ciues Romanorum, & nomen suum in ciuitatem dedecrant. Que verba scrupulum videntur in iycere; nam si Latini Colonrij Ciues Romani erant, Iuniani verò equiparati sunt Colonarijs, sequitur dicendum, Iunianos etiam ciues fuisse Romanos, quod falsum est. Aut igitur equiparauit eos lex Junia habita ratione non sibi

Institutionum Caij

*sui temporis, sed ante legem Iuliam, que totum Latium ciuitate donauit, aut dicendum (quod potius est) Latinos ciuitate donatos non eo iure fuisse, quo originarii ciues, hoc est Quirites, nisi si quis populus fundus factus esset, hoc est iisdem legibus veteretur, quibus populus Rom. qua de re qui plura volet, adeat Panuinum in ciuitate Rom. Et Sigonii in lib. de Antiquo iure Italie. Latini igitur quem socii essent populi Rom. ciues dicti sunt, & ius ciuitatis habebant, sed non ius Quiritium, quo iure omnes legum actiones Romanis competebant. Itaq; ante Antoninum Pium Colonarijs, & Iunianis Latinis non dicebatur dari ciuitas Romana, sed ius Quiritium, quod palam ostendit Plinius, qui pro tribus Latinis ius Quiritium a Traiano petit, lib. 10. epi. 105. Valerius, domine, Paulinus, excepto uno, ius Latinorum sistorum mihi reliquit: ex quibus 100, tribus interim ius Quiritium des. Sic & eodem libro ep. 4. & epi. 6. quibusdam peregrinis ciuitatem Romanam, alijs uero ius Quiritium petit. ex quo apparet, idem non fuisse. At postquam Imperator Antoninus omnibus, qui sub Imperio Romano essent, id ius contribuit, ut ueri ciues essent, l. in orbe, de Statu hom. Nou. 78. in si. factum est, ut quem omnes eiusdem generis ciues essent, Latinii Iuniani (quibus id ab Antonino indulxum non erat) non amplius ius Quiritium, sed ciuitatem Romanam peterent, ideoque separantur ciues Romani a Latinis Iunianis. sed quoniam Originarij, & Colonarij Latini iam sublati essent, quia omnes censerentur Quirites, Iustinianus, Iunianos quoque sustulit, inquiens satis absurdum esse, ipsa originarei sublata, ciuis imaginem derelinquit, d.l.un. C. de Lat. lib. tol.*

*PER EPISTOLAM ] Qui per epistolam hodie manumittuntur, quia ciues Romani ex constitutione Iustiniani sunt, ita fieri debent, ut epistola & à domino, & à quinque testibus subscribatur, d. l. un. § sanctimus, C. de Lat. lib. toll. quod non existimo lege Iunia causatum fuisse. quia satis erat id ex voluntate dominii fuisse, at sine testimoniis subscriptione ea voluntas declarari poterat. ea uero epistola à Domino seruoscribebatur ut ex fragmento Dosithei appareret, & alijs.*

*INTER AMICOS.] Hic etiam modus erat, quo uoluntate domini seruus in libertate morabatur, ex quo lex Iunia Latinam libertatem ei competere statuit, & Iustinianus Romanam ciuitatem adhibuit tamen quinque testibus, d. l. un. sed & si quis. Quæstio esse poterat, an peregrinus, qui Romæ moraretur, si seruum suum manumi-*

# Liber Primus

5

*manumisisset, Latinum fecisset? quia lege Iunia cautum erat, ut quae voluntate domini liber esset, Latinus censeretur; sic enim est i frag. Dosithei: In his, qui inter amicos manumittuntur, uoluntas domini spectatur ex lege Iunia; quae iubet eos fieri Latinos, quos dominus liberos esse voluit. hic autem uoluntate domini liber erat. Sed Latinum non fuisse, patet ex uerbis eiusdem Fragmenti, quae ita habent: Peregrinus manumittens seruum non potest Latinum facere, quoniam lex Iunia, que Latinorum genus induxit, non pertinet ad peregrinos, sicut & Octauenus probat. at Praetor non permittit manumissum seruire, nisi aliter lege peregrina confirmatum fuerat. Si-  
cuit & eos, qui ante legem Iuniam eo modo manumisssi erant, non sinebat Praetor seruire, ut supra dictum est. præto. is enim est, equitatè in præ oculis habere, itaque fauere libertatibus dicitur in l. 3. §. 1. de Alio. iud. mut. ca. fa. is igitur in libertate morabatur, poteratq. Rom. ciuitatem à Principe impetrare, ut pro quodam medico fecit Plinius, qui ad Traianum scribens lib. 10. epi. 4. sic ait: Quare rogo, des ei ciuitatem Romanam. est enim peregrine condicio-  
nis manumissus à peregrina. vide quot hominum conditiones, quin tamen nec seruitutem, nec libertatem, nec peregrinitatem natura adgnoscat, ut recte dixerit Seneca lib. de Beata uita. capi. 40. Serui, liberini sunt, ingenui, an libertini, iusta libertatis, an inter amicos date, quid referit?*

**CONIVITI ADHIBITIONE.**] Quum libertatis dandæ gratia scrum conuicio adhibebant, et ait Theophilus, itaque exprimi debebat, id fieri, ut is liber esset, cuius rei argumentum fuisset, si iniuitatus eßet, vt accumberet. nam veteres, quum carent, cibuisse super lectulis, non sedisse, notum est. Erant autem prope lectos mensarum subsellia, quibus serui, aut si qui viles homines iniuitarentur, sederent. quod Terentio euenisse scribit Donatus in eius vita: significat Parasitus apud Plautum Sticho:

Haud postulo equidem med in lecto accumbere;  
Scis tu, med esse itini subsellij virum.

*& eadem Comœdia serui duo; potius in subsellio  
Cynicè accipiemur, quam in lectis.*

*MANV MITTVNTR. ] Qui his tribus modis manu-  
mittebantur, Latini siebant. Sed & aliaratione, ueluti si seruus,  
qui iusta manumissione liberatur, minor xxx. ann. sit, aut tan-  
terony. Alean. Comm.*

*Ferony. A lean. Comm.* B tum

## Institutionum Caij

tum in bonis domini sit, non etiam ex iure Quiritium; pariter si dominus, qui testamento, uel vindicta cum liberat, expreberit, uelle se, cum esse Latinum: & si testamento libertas data esset sub conditione, qua pendente heres seruum manumisset, qua omnia supra indicauimus. Præterea si seruus agrotans a domino electus, & expulsus esset, latinam libertatem consequebatur, l. vni. §. sed scimus, C. de lat. lib. toll. & ij, qui pileati domini funus antecedebant, uel caderer uentilabant ex uoluntate testatoris, uel haeredis, d.l. vni. §. sed & qui. & si in liberali iudicio separatus fuerat seruus a domino, deinde serui premium ab aliquo ei solutum esset, seruus Latinus fiebat, d. l. vni. §. illud etiam item ancilla latina fiebat, que homini libero fuerat in uxorem a domino data, & ei deos constituta, §. sed & si quis pariter si apud acta seruus a domino filius nominatus esset, § simili que modo. præterea si instrumenta seruitutis seruo data essent a domino, aut ab eodem corrupta testibus presentibus, §. ille autem. Insuper qui nascebantur matre ingenua, patre uero seruo fiscali, Latinæ conditionis erant, l. 3. C. Theod. Ad S. C. Claudi. quæ omnia sustulit Justinianus.

## E P I T O M E.

**D**edititij vero sunt, qui post admissa crimina supplicijs subditi, & publicè pro criminibus censi sunt. aut in quorum facie, vel corpore quæcunque indicia aut igne, aut ferro impressa sunt, & ita impressa sunt, ut deleri non possint. hi si manumissi fuerint, Dedititij appellantur.

**Q**uemadmodum exemplo Latinorum Colonianorum lex Iunia quandam libertatis speciem inuenit, ita exemplo populorum, qui se in Romanam ditionem dederant, quod Theophilus uidetur non ignorasse, introducta fuerat alia libertas a lege Aelia Sentia, quæ lex late est Sex. Aelio Catulo, C. Sentio Saturnino Cos. anno ab V.C. DCCLVI. quæ Christus dominus noster sextum annum ageret, tempore Augusti Impe. qui sanxerat, ne vincitus unquam tortus è quis villo libertatis genere ciuitatem adipisceretur, vt refert Sueton. in eiusdem vita capit. 40. Planè Dedititij populi

## Liber Primus.

16

populi pessimo libertatis genere uteretur, vt mirum non sit, apud Historicos nec liberorum nomine vocari, quæ legitur, quibusdam ciuitatibus ademptam, quibusdam redditam libertatem. Dedititios autem formula ea est, quam Liuius tradidit lib. I. de Collatinis loquens: Rex interrogauit, estisne uos legati, oratores missi a populo Collatino, ut uos, populumque Collatum in sua potestate est. Deditisne vos, populumque Collatum, urbem, agros, aquas, terminos, delubra, uenilia, diuina, humanaque omnia in meam, populique Rom. ditionem dedimus. & ego recipio. ex quo siebat, vt ij, omnibus rebus præ uarentur. Verum Romani ijs vii, frui sinebant, dum granissimum soluerent stipendium. ad corum igitur similitudinem excogitauit lex Aelia Sentia libertos Dedititios, seu vt Vlp. in fragm. semper vocat, Dedititorum numero, qui magis umbram, & imaginem libertatis, quam libertatem habebant.

POST ADMISSA CRIMINA SVPPPLICIIS SUBDITI.] Subditus autem supplicijs hic intelligendus est, non is tam, qui tortus est, sed & qui vincitus fuit, nam id etiam lege Aelia Sentia cautum est, sicut enim Vlpia in fragm. reg. Dedititorum numero sunt, qui poenæ cauissa vinciti sunt a domino. & id ad eandem legem scribens declarat, eum, qui in carcereclusus est, non videri neque vinculum, neque in vinculis esse, nisi corpori eius uincula sint adhibita, l. uerum, de uerb. sign. Nam quæ uinculorum tantum lex mentionem fecisset, æquum fuit, ut strictius acciperetur, ob fauorem amplianda ciuitatis, quæ ea lege coercetur; quæ enim odiosa sunt, (vt iuris regula fertur) ea interpretatione lenienda sunt. alioquin quæ de fauorabili causa agitur, uinculorum appellatio latius accipitur: nam etiam carceribus inclusi uincularum numero habentur, quia nihil interest, parietibus, an compedibus teneantur, l. Succurrite, 9. D. Ex quib. ca. maio. Quod autem in seruo diximus, de priuato carcere intelligendum est: nam si in publico carcereclusus sit, etiam si compedes adhibiti non sint, credo legi locum esse, quæ ex Vlpiani frag. apparet, qui quæ dixisset de his, qui vinciti sunt, addidit: vel in custodiā conieci fuerunt: idque confirmat Theophilus. Custodiā vero carcerem esse publicum tradidit Callistratus, in fi. d. l. succurritur. Debet autem exacti consiliū esse dominus qui seruum vincere iubet, nam si pupillus sit, uel furiosus,

## Institutionum Caij

Statu eius non prejudicat, ut refert Paul. Sent. lib. 4. tit. 12. sed nec communem seruum unus ex sociis vinciendo, future libertati nocet; iner pares enim sententias clementior seniori preferuntur, ut ibid. Paulus tradit. vinciri autem uidetur, non tantum si ipse dominus faciat, sed & si vinciri inbeat, aut vincentis procuratoris, acto risu factum comproberit, quod si antequam sciret vinculum solutionis eius causas adprobauerit, libertati future vincula non nocent. Sed nec debitor, creditor seruum pignori obligatus vincendo, Deditum facere possunt: alter enim sine altero causam pignoris deteriore non facit. quia omnia Paulus exsequitur loco supraducto. Aut, POST ADMISSA CRIMINA, nam si nullum admiserit crimen, vincula, & supplicia nihil obstant. Sed & si admiserit quidem, tormentis vero subiectus de nulla culpa confessus fuerit, ad instantiam libertatem perduci poterat, quod docet idem Paulus eo lib. Sent. & Ulp. in fragm.

ET PUBLICE PRO [CRIMINIBVS CAESI.] legendum forsitan, AVT PUBLICE &c. nam & si publicè caesi non essent, tamen vincula obstabant iusta libertati. at qui publicè caesus est, uix esse potest, ut non antea in vinculis, aut custodia fuerit. Erant & alia supplicia, quæ instanti impediebant libertatem, ut si quis traditus esset ad ludum gladiatorium, aut ut cum bestiis in arena depugnaret, ut Ulpia. in fragm. refert, ex quo arenarij servi dicebantur, l. h. demum, 38. de ope liber.

IN QVORVM FACIE, VEL CORPORE.] Vereor, ut Caius illud IN CORPORE scripsisset, non Anianus addiderit. Stigmata enim, quæ servis inurebantur, in facie tantum fieri solita credo, ut ab omnibus inspici possent. nam fures ita inscribebantur, ut ab ipsis hoeres carerent, & fugitiui pariter, ne a quoque recipierentur. Ac de seruo scriptore fugitivo, uenustus est Ausonij Epigræma 15. Tam segris scriptor, quam lentus Pergame cursor Fugisti, & primo captus es in stadio.

Ergo notas scripto tolerasti Pergame vultu:

Et quas neglexit dextera, frons patitur.

Notas vero, hoc est singulas litteras, & verba etiam scribi solita esse, multis exemplis appareat. Notæ quidem ita fortasse scriebantur F. H. E. L. T. Fugitiinus Hic Est Lucij Titij. nam si adprehensus esset, nomina, & notæ ad magistratus referebantur, ut facilius adgnosci posset, l. 1. in fin. de Fugit. Notæ autem etiam

sicca-

## Liber Primus.

11

scadentes intelliguntur, ut ead. l. dicitur, & significant hec verba. QUAE CUNQUE INDICIA. itaque si non litteræ, sed cicatrices incisa essent, qua forma, qua latitudine, qua magnitudine ferent, ad magistratum referebantur. Certè & hæc inscriptiones habuisse quodammodo suas formulas videtur significare Petronius Arbiter in Satyrico, quum ait; impleuit Eumolpus frontes utriusque ingentibus litteris, & notum fugitiuorum epigramma per totam faciem liberali manu duxit. dicebantur etiam ex note, stigma, ut apud Ulpian. in fragm. (sic enim legendum, non vestigia) & Sueton. Calig. cap. 27. unde servi stigmatici a quibusdam aut vocati. & quia ut plurimum littere erant, litteras quoque sunt dicti, ut apud Apuleium lib. 9. & Plaut. in Casina. & inscripti apud Plinium lib. 18. ca. 3. Varronem lib. 1. de re Rust. & Senec. & Benef. lib. 4. ca. 137. & seq. Inusti quoque, ut uocat Valer. Max. lib. 6. cap. 8. Seruus ab eo vinculorum poena coercitus inexplabilique litterarum nota per summam oris contumeliam inustus. nam ignito, seu candenti ferro litteras incidebant, idque est, quod ait Caius. AVT. FINE, AVT. FERRO. Hodie in equis ritimur, quin' coxas aliquo signo inurimus, quod & apud veteres in rvsu fuit: e. Iaccreon, Εν τοις μεταπομπαῖς χαρακτὴ ἔχουσι. Sed post seruorum inquisitionem atramentum infundebant, quo perspici facilius possent, idque ex Petronio appetet, & ex Zona in Theoph. qui refert, duobus monachis ab impio imperatore inscriptios fuisse vultus infuso atramento, adeo ut (quod mirum est) epigramma caperent duodecim versuum iambicorum. Lege Remia, liberis quoque hominibus, qui calumniæ damnati essent, frontes inscribebantur K nota, quia Kalumnium, veteres scribebant, ut testatur Vale Probus, Mantuanus Capella, Velius Logus, Terentius Scaurus, & Diomedes. & significat Iulianus gotra. Antrochenos sic scribens; Κα, as in τε πάθωντες με ταύτην δὲ σχημα, καὶ οὐ πολέμω τῷ χρωθέ, δὲ νῦν εἴσοισι τέ καππα. καὶ οὖν γε οἱ πολέμοι τῆς δὲ τῆς πόλεως θεοὶ διπλοῦ δοσέν, τὰς τοτε καὶ ταῖς γεγένετος εἰσυκοφατίσατε πόλισις, καὶ οὐδένας ἐμοὶ, hoc est. Deinde, quod ex barba maxa oportet, supiculos nectere, quodq; bellum gerro quin X. Chi. vos autem desideratis K Kappa. Atque utnam Dij custodes huius urbis id vobis duplex largiatur, quoniam præter hoc calumniati estis sacras urbes finitimas, quæ & mecum Dij seruiunt. nam quod ad X atinet, eam

Hier. Alean. Comm.

B 3 litte-

## Institutionum Caij

Litteram ex Labaro Iulianus sustulerat, quam ad pinxerat. Constantinus in honorem Christi Domini nostri et Sanctissime Crucis. eius redememini justus Lipsius in Libello de Cruce. quod vero erit Antiochenos desiderare K. intelligit Constantini nomen, in quo ea littera prima est, quam eos duplum merci ob calumnias ideo scribit, quia facile fuit, ut calumniatoribus ita siontes inscriberentur. K.K. nam hæc notas calumnias causa significare, docet Isidorus Erymili. aut certe Calumnias condemnatus, ut in lvt. C. Hermog. de Calumnias. Atque hæc inscriptio intelligit. Cicero in Orat. pro Sex. Roscio Amer. Sed si ego hos benè tui, litteram illam, culvos usque eò inimici estis, ut etiam alias omnes oderitis, ita vehementer ad caput adfigent, ut postea in inenam alium, nisi fortunas vestras accusare possitis. Et Plinius in Iunior in Paneg. Traiani de delatoribus ita ait. Expellere penitibus gestiunt? suis exturbentur; neque ut antea, exsanguem illam, & ferream frontem nequidquam conuulnet ad præbeant pundi, & notas suas rideant. hincque viri probi recte frontis dicti sunt. Et notam inurere, pro infamiam irrogare. Statuit tandem Constantinus, ne quis in facie signaretur, inquiens, faciem, quæ ad similitudinem pulchritudinis est cœlestis, minime esse maculandam, l. si quis, 17. C. de Pan.

**CIT DELERI NON POSSINT.** In quia factitia quodam sint stigmata, ut in Satyrico Petronij, qua spongia detorgerantur, aut enim, ut verò spongia vda facies plorantis detersa est, & liquefactum per totum os attamentum, omnia scilicet lineamenta fuliginea nubes confudit. an quia vera, quidam essent stigmata, sed aliquo modo deleri possent? quæ de re tractat Srr. bonius Largus, de Compositi medicamenta cap. 92. medic. 23. 1. referit que Tryphonis medicamento ex allio, cantharidibus Alexandrinis, sulphure, chalcite, cera, & oleo composito deletas fuisse eas notas sed et quadam herba utebantur, cuius mentionem facit Columella lib. x.

Ponitur & lactis gustum quæ condit herba, Deiectura quidem fronti data signa stigmatum, Vimque suam idcirco proficitur nomine Graiou schiz. Est autem ea herba Lepidum, de qua idem Columill. 1. cap. 8. Et Plin. lib. 26. cap. 17.

Sed

## Libēr Primus.

### E P I T O M E.

12

**S**ed inter haec tria generaliborum, ideo Ciues Romaniani meliorem statim habent; quia & testamenta facete, & ex testamento quibuscumque personis succedere possunt. Nam & Latini, & Dedititij nec testamento condere, nec sibi ex testamento aliorum aliquid dimissum possunt villatenus vindicare. Tamen Latini certis rebus priuilegia ciuium Romanorum libertorum consequi possint. Dedititij vero nulla ratione possunt ad ciuium Romanorum libertorum beneficium peruenire. Nam Latini patronorum beneficio, id est, si iterum ab ipsis aut testamento, aut in Ecclesia, aut ante Consullem manumittantur, ciuium Romanorum priuilegia consequuntur.

**E T TESTAMENTA FACERE, &c.]** Mancipationes, quæ in testamentis fiebant, inter ciues Rom. procedebant, ita q[uod] testabatur, & qui hereditate emebat, & q[uod] libripens erat, aut te stis, ciuis esse debebat. et is, cui hereditas, aut tegatum relinquebatur. Unde Cicero in Orat. pro Arch. poeta, contendens eundem Archiam ciuem esse ijs temporibus (inquit) quæ tu criminaris, ne ipsius quidem iudicio in Ciuium Romanorum iure esse versatum, & testamentam sepe fecit nosris legibus; & adiit hereditates Ciuium Romanorum.

**N A M ET LATINI, ET DEDITITII, NEC TESTAMENTA, &c.]** Latini quidem testamentum facere non possunt, quia id nominatum lege Iunia expressum est. Is autem, qui Dedititorum numero est, quoniam nec quasi ciuis Romanus testari potest, quem sit peregrinus, nec quasi peregrinus, quoniam nullius certe ciuitatis sit, ut secundum leges ciuitatis sue testetur. h. eo Klpi. in fragm. tit. 20. Sed nec Latini, quamvis lege Iunia tantum non esset, eadem ratione videntur condere posse testamenta, quoniam nec ciues Romani sunt, nec alterius ciuitatis. ac certe expressione opus fuit, ne domini fraudarentur eorum bonis, Latini enim moriebantur, ut

B 4

serui,

## Institutionum Caij

serui, l. vnic. C. de lat. lib. toll. nam quoad reliqua prorsus àr: nōdēs non erant, quūm & commerciorum, mancipatiōnumque cum ciuib. particeps forent, ut tradit Ulpian. in fragm. tit. 19. & familia em- p̄t̄ores, & testēs, & libripendēs fieri posse; ut testatur idem id tu. 20.

**NEC SIBI EX TESTAMENTO ALIOR. &c.]** De De- ditiis dubitationi locus non est. De Latinis videamus. Et Latinos habere testamenti factio[n]em patet ex fragm. Vlpi. tit. 11. de Tute. §. testamento, & tit. 20. de Test. §. latinas. quod bū Caius aperte ne gar, sed omnia recte conciliantur. Latinas heres qualem institui potest (neque enim id lege Iunia rētūm est) at si intra diem creatio[n]is, hoc est, centum dies ius Quiritium non consequatur, caduca fie hereditas, quod declarat Vlpia. in fragm. tit. 17. & tit. 22. De eo igitur, qui Latinus manserit, hic Caius loquitur. ideo non aut heredem, aut legatarium fieri non posse, sed ex aliorum testamento capere prohiberi. Ad hanc institutionēm Catoniana regula non pertinet, quūm ad leges tantum antiquas, hoc est 12. tabularum, non ad nouas pertineat, l. vlt. de reg. Caton. quare ad leges Papias nō pertinet, vt sensit recte doctissimus Cuiacius, ex antiquis enim legibus dies legati cedit à morte testatoris, ex Papia ab apertis Tabulis, vnde nec ad Iuniam legem pertinebit, quæ adiunctionem spectat, et ueluti condi- tionem adiicit. in conditionib[us]. autem institutionib[us] Catonis re- gula locum non habet, & placet, de Reg. Caton. Admittuntur etiam Latinī ad matris successionem ex S. C. orphitiano, si tempore aditio- ni, cives eſſent, vt colligitur ex Paulo lib. 4. sent. tit. 10. §. ad legiti man.

**DIMISSVM.**] Dicūm est pro relictū. vt in testamento M. Gruny Corocotte porcelli: inclamauit ad se parentes suos, ut de cibarijs suis aliquid dimitteret eis.

**VLLATENVS VINDICARE.]** De hereditate, & legato intelligitur, nam fideicommissum capere possunt, sic enim Vlpia. in fragm. tit. 25. Latini Iuniani fideicommissum capere pos- sunt, licet legatum non possint. nam fideicommissum, ut idem affirmat, non ex rigore iuris ciuilis proficiuntur, sed ex voluntate datur, relinquuntis. quamobrem, & reliquis peregrinis dari posse existimo, quūm nuda spectetur dantis voluntas, ex qua etiam, quæ inutiliter data sunt, conualescunt, l. 1. §. 1. & §. si quis plane. de leg. 3.

## Liber Primus.

**PROBLEMATINI CERTIS REGBUS PRIVKILEGIA, &c.]** Quib[usdam] ex cauſis Latini conſequentur ciuitatem. quarām una hic a Caio refertur, eaque est iteratio, nam si quis, posl quā mala qua ratione manumisſus Latinus factus est, iterum aut vindicta, aut tenuſu, aut testamento manumisſus eſſet, cuius ſicbat, cuius rei memi- nit Plinius lib. 7 epist. 16. Hic nunc Proconsul prouinciam Beticam per Ticinum est petiuntur. ſpero, immo confido, facile me impetraturū ut ex itinerē deflectat ad te, ſi vo- les, vindicta liberare, quoſ proximē inter amicos manu- mifſisti. Reliqui modi, viſuntur apud Vlpianum in fragm. regul. tit. 3. Hicq[ue] ſunt. Si beneficio Principis ciuitatem impetraverit, ſi uxo rem duxerit testatione interpoſita, quod liberorum querendorum cauſa id fecerit, natus autem filius fuerit, & anniculus factus; Si Romae triennio inter uigiles militauerit; Si nauem fabriſcauerit, non mindrem, quā X. M. modiorum, & Rom. 4. ſe- annis frumentum portauerit, quod Tranquilli attingit Claud. cap. 19. Si edificium Romae conſtruxerit, & perficerit, Romae autem fie- ri dicuntur, & que in continentibus fiunt; perfecisse autem intelligi- tur, qui ita conſummauit, ut iam in uſu eſſe poſſu. l. Aedificia, de- venit ſign. item ſi pistrinum fabricaverit.

**IN ECCLESIA.]** iam diximus, Caium ſcripſiſſe CENSU-

Qui, & quib[us] ex cauſis manumittere non poſſunt. Cap. IIII.

## E P I T O M E.

**ON** tamen omnes domini seruos suos Lib. 1. manumittere poſſunt. nam ſi aliquis tit. multa debita habeat, cuius substantia à creditoribus teneatur obnoxia, ſi in fraudem creditoris ſui seruos suos ma- numittere voluerit, collata manumifſio non valet. Aut ſi libertus Ciuis Romanus filios liberos non habuerit, & in fraudem patroni ſui seruos suos ma- numittat,



Institutionum Caij

numittat, similiter data manumissio non valet. Præterea minor quicunque viginti annorum dominus seruo suo libertatem dare non potest, nisi forte tantum minor mariumissor, cui pater suus, & mater a patrono donati sunt, eosdem manumittat, aut certè pædagogum, aut collactarium manumittat. Nam quemlibet dominus, id est, quatuordecim annos egressus, testamentum facere poscit, & hæredem instituere, & legata relinquare, libertatem tamen seruis non potest in hac ætate conferre.

**Q**VI Caium in compendium reduxit, hic caput non distinxit; quod tamen Caium fecisse credo, mutus compositione insti-  
tutionum Iustiniani.

**SI FN FRAUDE M CREDITORIS.]** Lex Aelia Sen-  
tia libertatibus modum imposuit. Statuit inter cetera, ne quis in  
fraudem creditorum manumitteret, non tantum in testamento, sed  
et vindicta, aut alio modo. In fraudem vero creditorum manu-  
mittere videtur, qui uel iam eo tempore, quo manumittit, soluendo  
non est, uel datis libertatibus desiturus est soluendo esse, l. 10. D. Qui,  
et a quib. man. nam qui hoc agit, uidetur debitum denegare, itaque  
fraudem facit. Tertullian. de Idolola. Fraudis conditio ea est,  
opinor, si quis alienum rapiat, aut alijs debitum deneget.  
verum quia fraudis interpretatio non ex eventu duntaxat, sed ex  
consilio quoque desideratur, l. Fraudis 7. 9. de reg iur. nisi consilium  
fraudandi manumissor habuerit, quamvis bona eius creditoribus no  
sufficient libertates non impediuntur, S. in fraudem Instit. hoc enim  
quia id fecit bona fide: est autem fides bona contraria fraudi,  
et dolo, l. 3. in fi. Pro Soc. quod euincire potuit, quem sepe de facultati-  
bus suis amplius, quidam in his est, sperent homines. quod frequenter  
accidit his, qui transmarinas negotiationes, et alijs regionibus, quae

Liber Primus.

**In quibus** ipsi morantur, per alios exercent, d. l. in fraudem, &c. Qui, & a quib. man. lib. non si. Impeduntur etiam lege. Aelia Sentia libertates, qua in fraudem creditorum testamento date sunt, etiam si debitori haeres, qui soluendo est, exstiterit, l. in fraudem, &c. de Testam. manum. Creditores autem appellantur, quibus quacunque ex causa actio cum fraudatore competit l. si quum fideicommissa, &c. ne quis. Qui, & a quib manu, itaque & legatarij, & fideicommissarij erunt hoc in numero, nisi si quid legatum sub conditione sit, nam antequam conditio exstiterit, inter creditores legatarius iste non habetur, l. 27. eod. titu. Porro quum impediri libertates dicimus, intellegendum est, ipso iure nullas esse; idcirco creditoribus opus non erit Pauliana actione, qua in ceteris rebus competit, l. uideamus, &c. S. in Fauiana, de usur. & item si quis. Inst. de Act. Vnus excipitur causus, quo in fraudem creditorum libertatem dare licet, quum scilicet dominus, qui soluendo non est, in testamento seruum suum cum libertate haeredem instituit, qui liber fit, haeresque solus, & necessarius, si modo nemo alius ex eo testamento haeres exstiterit, &c. Inst. hoc tity, nam si seruus institutus, liber homo substitutus sit, a secundo gradu incipiendum erit, l. si is, qui soluendo, &c. de hered. institutis autem seruus ante Iustinianum non tantum in bonis testatoris, sed etiam ex iure Quiritium esse dehebat, quia si in bonis tantum fuisset, latitudinem consequitus esset, quod non proficit ad hereditatem appendi, Vlpia in fragm. tit. 23. S. cum seruum, solus vero si seruus instituti debet quod si duo, pluresve haereses esse iussi sunt, primo loco scriptus liber, & haeres fit, ut apparent ex eod. Vlpian. in fragm. tit. 1. S. ab eo domino.

*FILIOS LIBEROS NON HABVERIT.] Vacat una ea-  
rum vocum, aut LIBEROS dixit ad servorum differentiam, po-  
terat enim libertus filios servos habere, ut si, ejus domino donati es-  
sent. Ideo autem ait, non valere manumissionem, si filios non habue-  
rit, quoniam iij excludebant patronum, & qua de causa, Inst. de Suc-  
cess. liber. quare domino fraus non fiebat, quando exstantibus filiis  
ex ea hereditate nihil sperabat.*

SIMILITER DAT A M ANV MISSIO NON U-  
LET. ] Ipsi ure, adeo patrono opus non erit Fabiana, aut Calui-  
stan actione, vi in extens rebus distractis, t.i. si quid in fraude pa-  
tri: fuit. ] Ipsi ure, adeo patrono opus non erit Fabiana, aut Calui-

**MINOR QUINQUE VIGINTI INNORVM.]** Quid

## Institutionum Caij

Quid si quum ipse non posset, alij seruum dederit, ut manumitteret? Et constat legi fraudem fieri; ideo manumissio invalida est, l. si quis, y. S. ult. D. Qui, & à quib. man. lib. idemque dicendum est, si partē in communi seruo habuerit, eumq̄e manumittendi causa tradiderit, l. 16. S. i. co. ti.

[**N I S I F O R T E . ]** Qui minor erat viginti annis, non aliter manumittere poterat, quam vindicta apud consilium iusta causa manumissionis approbata. In consilium autem adhibentur Romę quinqua senatores, & quinque equites Romani, in provincia viginti recuperatores Cives Rom. Vlp. in fragm. tit. i. S. eadem lcx. Iustitia autem manumissionis causae sunt, veluti si quis patrem, aut matrem, filium, filiamue, aut fratres, sororesue naturales, aut cognatos, aut pedagogum, aut nutricem, aut educatorem, aut alumnum, alumnamue, aut collactaneum, aut capsarium manumittat, aut seruum procuratoris, habendi gratia, aut ancillam matrimonij causa, aut seruum, qui dominum a periculo vitae, infamieue liberavit, l. si minor, i. i. cum tribus seqq. i. iusta de Manu. vind. S. eadem lege. insti. hoc tit.

[**N A M Q V E M L I B E T D O M I N Y S , I D E S T , Q V A T V O R D E C I M . ]** In alijs est, **N A M Q V I L I B E T .** credo legendum: **N A M Q V A M L I B E T D O M I N Y S , Q V I E S T Q V A T V O R D E C I M .** Sed nec ex Iustiniani constitutione quantumdecim annos natus manumittere poterat, ille enim plenam elegit pubertatem, unde septimum, & decimum annum implesse debebat. S. vlt. instit. hoc tit. postea statuit, ut quo tempore testamentum quis facere posset, licet eadem seruos manumittere. Noue. i. 9.

## De numero seruorum testamento manumittendorum. Cap. V.

### E P I T O M E .

Lib. j.

Onstitutum est, quantum seruorum numerū testamento, de quanta familia liceat manumitti, hoc ordines, ut si quis duos seruos habet, ambos manumittere possit. qui vero tres, duo testamento manumittat, qui quatuor, similiter duos.

## Liber Primus.

15

duos. qui sex, tres. qui octo, quatuor. qui decem, quinque. Qui vndecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sedecim, decem & septem, similiter quinque. Qui decem & octo, sex. & ab hoc numero usque ad triginta tertiam partem manumittere liceat. qui amplius quam triginta habuerit, usque ad centum, quartā partem de numero seruorum manumittere potest. Qui vero plures, quam centum, habuerit, quintam partem manumittere potest. Sed & hoc statutum est, ut de qualibet grandi familia nulli amplius quam centum manumittere liceat. Nam qui voluerit aut in \* Ecclesia, aut ante Consulem, aut inter amicos, aut per epistolam manumittere, potest his manumissionibus omnem familiam iugo seruitutis absoluere. Nam si aliquis testamento plures manumittere voluerit, quam continet numerus suprascriptus, ordo seruandus est, ut illis tantum libertas valeat, qui prius manumissi sunt, usque ad illum numerum, quem explanatio continet superius comprehensa. Qui vero postea supra constitutum numerum manumissi leguntur, integrè in seruitute eos certum est permanere.

**H**IC computus ex lege Caninia est, que testamentarias manumissiones coercuit, faciliiores enim ad donandum sumus in ultimis voluntatibus, quam inter viuos, quum sciamus, nihilominus nos priuari, et si donatum non esset. Lata fuit haec lex tempore Augusti, ut testatur Dio. lib. 48. Ex qua qui unum habet seruum, cum potest testamento manumittere; item qui duos habet, ambos manumittere potest; qui uero tres, aut quatuor, aut quinque, duos tantum; qui sex, aut septem, tres; qui octo, aut nouem, quatuor: qui non minus quam decem, nec magis quam decem & septem, quinque: qui non minus quam 18, nec magis quam 20. sex: qui 21. 22. 23. septem: qui 24. 25. 26. octo; qui 27. 28. 29. 30. nouem: Atque hucusque tertiam partem. Qui non minus quam 31. nec magis quam

44.

## E P I T O M E.

**Q** uod si non nominatim serui, vel ancillæ in testamento manumittantur, sed confusè omnes seruos suos, vel ancillas is, qui testamentum facit, liberos facere voluerit, nulli penitus sifirma esse iubetur hoc ordine data libertas, sed omnes in seruili conditione, qui hoc ordine manumissi sunt, permanebunt. Nam & si ita in testamento seruorum manumissio adscripta fuerit, id est in circulo, ut qui prior, qui posterior nominatus sit, non possit adgnosci, nulli ex his libertatem ualere manifestum est: si adgnosci non potest, qui prior, qui posterior manumissus fuerit.

**N** OMINATIM.] quoniam per legem Caniniam nulli seruos omnes testamento manumittere licet, ideo necesse erat, ut qui manumitterentur nominati essent, hoc modo: Stichus, & Damas liberi sunt, uel ex S.C. Orphitiam: Obscuratorem, & qui ex ancilla illa nasceretur, liberos esse volo. officiorū enim, & artium appellatio, aut si qua alia demonstratio est, nihil de significacione nominum mutat, nisi forte plures sint, qui eo officio designentur, ut tradidit Paulus lib. 4. Sent. ti. vlt. nam & si plures Stichi, plures Damæ sint, nec appareat, de quibus testator senserit, nullus liber est, l. quem ex pluribus, 31. de manum testam. quod & in lege Aelia Sentia procedit, nam si is, qui soluendo non est, quem seruum necessarium sibi heredem facere possit, sic scripsit.: Apollonij serui mei liberi, & haeredes mihi sunt, quum duo sint Apollonij, nec alter altero prior nominatus sit, constat amborum liberales impediri; quoniam inuicem sibi obstant, l. qui soluendo, 42. cum seq. de hęr. inst.

**I** DEST IN CIRCULO.] Hoc e Aniani prorsus esse existimo, aut alterius, qui globulas interlineares addiderit, neque tamen interpretatio hęc aspernanda est. Nam, & olim id factum indicat Ausoni in Ludo sapientum, ubi Solone in sic loquentem facit:

Recte

Quod

44. decem: qui 45. 46. 47. 48. vndecim: qui 49. 50. 51. 52. duodecim: qui 53. vsque ad 56. tredecim: qui 57. vsque ad 60. quatuordecim: qui 61. vsque ad 64. quindecim: qui 65. vsque ad 68. sedecim: qui 69. vsq. ad 72. decem & septem: qui 73. vsque ad 76. octodecim: qui 77. vsque ad 80. decem & nouem: qui 81. vsque ad 84. viginti; ab 84. ad 88. vnum & viginti: ab 88. ad 92. duos & viginti: a 92. ad 96. tres & viginti: à 96. ad centum, quatuor & viginti. Hucusque quartam partem. à 100. ad 130. vigintiquinque. à 130. ad 135. sex & viginti: à 135. ad 140. vigintiseptem: à 140. ad 145. duodetriginta: à 145. ad 150. nouem & viginti: à 150. ad 155. triginta: & sic semper quintam partem, itaque qui ducentos habet, quadraginta manumittit: qui trecentos, sexaginta; qui quadragesimos, octuaginta: qui quingentos, centum; nec ultra licet, ut etiam qui mille seruos habeat, plures quam centum manumittere nequeat. quia de re Ulpianus in fragm. regularum tit. 1. S. pen. & Paulus lib. 4. senten. tit. vii. qui ait, etiam fugitiuos numero seruorum computandos, quorum semper possessio animo retinetur.

**T**ELLIS TANTVM LIBERTAS VALEAT, QUI PRIUS MANVSSI SVNT.] Quād itaque legitimū numerum excedunt, non omnium irrita sunt libertates, sed eorum, qui posterius nominati sunt: quod etiam obtinuit in lege Aelia Sentia. nam si quis aere granatus alieno tot seruos manumiserit, ut aliqua ex parte soluendo non sit, qui primi nominati sunt, liberi erunt, donec creditoribus suum soluatur, l. si quis habens, 24. D. Qui, & a quib. man. at in lege Aelia Sentia ex causa ordo variatur. nam si quis decem debeat, duosq. seruos manumittat, alterum qui decē (isq. prior sit) alterum, qui sex valeat, si posterior seruus manserit, nihilominus soluendo non erit, quare ne vterque seruus sit, humanius dicetur, prioris duntaxat libertatem impediri, d.l. si quis habens. In lege Caninia nulla habetur ratio maioris, aut minoris precij. Quod si quadraginta quis habens seruos, quād decem tantum manumittere in testamento possit, prius factis codicillis sex manumiserit, postea conditō testamento duodecim: quād octo in seruitutem retrahī debent, nū qui codicillis continentur, an qui testamento retrahendi sunt? & notwithstanding Paulus lib. 4. Senten. eos, qui codicillis scripti sunt, nouissimo loco computari debere: quoniam codicilli sequela sunt testamenti.

Institutionum Caij

Recte olim ineptum Delphicus lusit Deus  
Querentem, quisnam prius Sapientum foret;  
Ut in orbe tereti nomina eorum inscriberet,  
Ne primus esset, ne uel imus quispiam.  
*At non tantum orbiculari, sed & triangulari, aut alia figura confundi nomina possent.*  
*SI ADGNOSCI NON POTEST, QVI PRIOR,  
QUI POSTERIOR MANUMISSUS FUERIT.] expungantur.*

E P I T O M E.

Lib. tit. 2.

**N**AM si aliquis in ægritudine constitutus in fraudē huius legis facere noluerit testamentum, sed epistolis, aut quibuscumque alijs rebus seruis suis pluribus, quam per testamentum licet, conferre voluerit libertates, & sub tempore mortis hoc fecerit, ij, qui prius manumissi fuerunt, usque ad numerum superius constitutū liberi erunt. Qui verò post statutum numerum manumissi fuerint, serui sine dubio permanebunt. nam si incolimus quoscumque diuerso tempore manumisit, inter eos, qui per testamentum manumissi sunt, nullatenus computantur.

**I**N fraudem legis facit, qui saluis verbis legis sententiam eius cunuenit, l. contra legem, 29. de Legib. quapropter qui moribundus totam familiam epistolis, aut alio modo manumisit nullo condito testamento, non potest dici contra legem Caniniam facere, quæ testamentarias solum manumissiones coeret. facit certè contra mentem legis, quæ et si fieri non retuit, fieri tamen noluit. quum parum distet manumissio testamento facta ab ea, quam facitis, qui nuper se decessurum sciat, quum & hęc ultima sit uoluntas. Hodię lex Caninia sublata est ex constitutione Justiniani, C. de lege Fu. Canin. toll. & inst. eod. tit. Sed nec olim in testamento militis locum habuisse credo, ex l. testamento centurio. 51. de manum. testam.

De

Liber Primus.

17

De his, qui sunt sui, vel alieni iuris.

Cap. V. I.

C A I V . S.



E iure personarum alia diuisio sequitur, quod quædam personæ sui iuris sunt, quædam alieno iuri subiectæ sunt. Videamus itaque de his, quæ alieno iuri subiectæ sūt. nam si cognouerimus, quæ istæ personæ sunt, simul intelligemus, quæ sui iuris sunt. Dispiciamus itaque de his, quæ in aliena potestate sunt. Igitur in potestate sunt serui dominorum, quæ quidem potestas iuris gentium est. Nam apud omnes peræquè gentes animaduertere possumus, dominis in seruos vitæ, necisque ptatem fuisse; & quodcūq. per seruum adquiritur, id dño adq. ritur. Sed hoc tpe nullis hominibus, qui sub imperio Romano sunt, licet supra modum, & sine caussa legibus cognita in seruos suos sequire. Nam ex constitutione diui Antonini, qui sine caussa seruum suum occiderit, non minus puniri iubetur, quam qui alienum seruum occiderit. Sed & maior asperitas dominorum eiusdem principis constitutione coercetur.

**E**Xstat hoc fragmentum in l. l. D. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, que inscriptio à Caio in suis Institutionibus addita fuit, non ut Anianus mutauit, DE JURE PERSONARVM, qui titulus generalior est, ideo melius suprà capiti secundo adaptatus est.

**SIMUL INTELLIGE. MVS]** Notum est Dialecticorum axioma, cognito altero ex contrarijs cognosci & alterum.

Hier. Alcan. Comm.

C VI.

## Institutionum Caij

**VITÆ, NEC ISO]** Nam ut quisque suas pecudes impunè occidere potest, ita & seruos, servi enim pecudibus comparantur. l.2. ad leg. Aquil.

**ID DOMINO ADQUIRITVR]** ignorantii etiam, & inuiti. id quod Accursius, & ceteri interpres abunde examinant.

**SED HOC TEMPORE)** perè eo tempore, nam antea licebat, quod uetus Antoninus, cuius temporibus Caius vixit.

**NULLIS HOMINIBVS)** Prohibuit Antoninus seruos si ne causa occidi. nam & si servi sunt, homines tamen sunt, l. iustissime, de edil. edi. nec prorsus pecudibus comparantur: nam partus pecudum in fructu est, non ancillarum, l. in pecudum, 28. de r. sfr. l. retus, de r. sfr. præterea esse potest, ut ciues aliquando sint, augeantq. Rempublicam. Sed & pecudes mactari quandoque leges retant, ut de aratoriis bobus Solon statuisse fertur: quos etiam pignori capi vetus Constantinus, l. Exsequitores, 7. C. quæ res pign. obl. poss.

**SINE CAVSSA)** Diuus Hadrianus Vmbriciam quandam matronam in quinquennium relegauit, quòd ex leuissimis causis ancillas atrocissime traxisset, l. 2. in fi. D. hoc tit.

**EX CONSTITUTIONE D. ANTONINI)** quæ habetur in d.l. 2. & in Justinia. Inst. Idem quoque cum fratre Vero constituit, ne quis seruum uenderet, ut cum bestijs depugnaret, l. domini, 42. de contra. emt. utique post legem Petroniam, & Senatus consula ad eam legem pertinentia dominis potestas ablata est, ad bestias depugnandas suo arbitrio seruos tradere. oblato tamen iudici seruo, si iusta sit domini querela, sic pœna tradetur, l. circuncidere, ad fi. ad leg. Cor. de sicar.

**NON MINVS PVNIRI VVBETVR, QUAM &c.]** Qui autem alienum seruum dolo malo occiderit, tñetur lege Cornelia de Sicarijs, quæ capitii pœna irrogatur, §. liberum, Institut. de lege Aquil. Hominem enim lex simpliciter dixit, quo nomine etiam seruus significatur, l. 1. §. 1. ad leg. Cor. de sicar. sicut & infans, l. pen. C. eod. tit. & fœmina, l. 1. §. 2. de verb. sign. Verba Caij Anianus ita contraxit.

Aliquæ

## Liber Primus.

18

### E P I T O M E.

**A** Liquæ personæ sui iuris sunt, aliquæ alieno iuri Lib. 1. subiectæ sunt. Itaque quum ostenditur, quæ perso tit. 3. næ alieno iuri subiectæ sint, tunc euidéter adgnoscitur, quæ sui iuris sint. In potestate itaque dominorum sunt serui, quam potestatem omnes gentes habere, certum est. Sed diltringendi in seruos dominis pro sua potestate permittitur, occidendi tantum seruos suos domini licentiam non habebunt; nisi forte seruus dum pro culpa modo cæditur, casu forsitan moriatur. Nam si seruus dignum morte crimen admiserit, ijs iudicibus, quibus publici officij potestas commissa est, tradendus est, ut pro suo crimine puniatur.

**CASU FORSITAN MORIATUR)** Paulus lib. Sen tent. titu. ad leg. Corn. de Sicar. Seruus si plagis defecerit, nisi id dolo fiat, dominus homicidij reus non potest postulari. (quod fragmentum habetur in collatione legum Mosaicarū, & Romanarum edita à Pithæo) quod etiam confirmatum est à Constantino lib. 1. l. 2. C. Thed. de e mend. seru. in maleficijs enim uoluntas spectatur, non exitus, l. Diuus, 14. D. ad leg. Corn. de Sicar. l. 1. in fi. l. 5. C. eod. tit.

**IIS IUDICIBVS)** Hi erant Romæ Praefectus urbi, in Provincijs Praesides, l. 1. §. si quis seruum, de off. Pref. urb. l. 2. 4. §. vlt. de pig. act. l. 9. de manumiſs.

**TRADENDUS EST)** à domino, l. seruos, de c Accusat.

### C A I V S.

**I** Tem in potestate nostra sunt liberi nostri, quos ex iu<sup>is</sup> istis nuptijs procreauimus: quod ius proprium ciuiū Romanorum est.

C 2 Ex

## Institutionum Caij

**E**x l.3. D. hoc sit. porrò liberos habebant Romani in potestate, ut domini seruos. Itaque quidquid filius adquirebat, patri adquirebat, ut secundo libro dicetur. Præterea, ut tradit Dionysius, patres potestatem habebant eos coercendi, uerberandi, rusticis in operibus habendi, ac etiam occidendi. qua de re exemplum est Caſij apud Valer. Max. lib. 5. cap. 8. & Cicero Clodium alloquens in Orat. pro domo sua, Patrem (inquit) tuum ciuem optimum, clarissimi viri filium, qui si uiueret, qua seueritate fuit, tu profecto non uiueres, &c.

**I**N POTES TATE.) Potestatis uerbo plura significantur. in persona magistratum, imperium: in persona serui, dominium: in persona liberorum, patria potestas, l. potestatis, 215. de verb. sig. ita. verringuntur sunt in potestate, nisi aliqua capitum diminutione excierint.

**L**IBERI NOSTRI.) hoc est tam filij, quam nepotes, & propnepotes, & deinceps, omnes enim liberorum appellatione continentur, l. 220. de verb. sig.

**Q**UOS EX IUSTIS NUPTIIS PROCREAVIMUS.) Iustæ nuptiæ sunt, quas inter se ciues Romani contrahunt, quibus lege uictum non est, ut sequenti capite dicetur. Sed & quos non procreavimus, habere in potestate possumus, ueluti si quis alium adoptauerit. qua de re Cap. viii sermo erit.

**Q**UOD FVS PROPRIVM CIVIVM ROM. EST.] nulli enim alijs sunt homines, qui tales in liberos habeant potestatem, quam Romanî habebant, ut ait Justinin. §.1. de Patr. pot. nec vere alia rum gentium potestas in filios dici poterat, & si precipiebantur filij parere parentibus. ut apud Hebreos Deuteron. cap. 27. & Plato lib. 4. de legibus. neque enim apud ceteros ius erat, filios quoquo modo puniendi, & occidendi. In compendio locus hic ita haberet.

## E P I T O M E.

Lib. j. **I**N potestate etiam patrum sunt filij ex legitimo matrimonio procreati.

**E**X LEGITIMO.] Quas Caius iustas nuptias, Anianus legitimum matrimonium appellavit.

De

## De Matrimonijs. Cap. VII.

### E P I T O M E.



**E**GITIMAE sunt nuptiæ, si Romanus Romanam nuptijs interuenienti bus, uel consensu ducat vxorem. Sed non omnes personas vxores ducere licet: quia nec patri filiam, nec filio matrem, nec auo neptem, nec nepoti auiam. Quod non solum de personis, quæ nobis propinquitate coniunctæ sunt, sed etiam de adoptiis, hoc est, adfiliatis iussum est obseruari. nam & si per emancipationem adoptio dissoluatur, nuptias tamen inter has personas semper constat illicitas.

**Q**uoniam ait, eos liberos esse in potestate parentum, qui nati sunt ex legitimis nuptijs; ideo, quæ sint iustæ nuptiæ declarat.

**S**I ROMANVS ROMANAM.] Iustum matrimoniū est, si inter eos, qui nuptias contrahunt, connubium fit. Est autem connubium uxoris iure ducentæ facultas, quam habent ciues Romanî cum ciuibus Romanis, vt est apud Vlp. in fragm. tit. 5. & in prin. Inst. de nupt. Boetius quoque in Cicer. Top. in loco à consequentibus sic ait; Non autem omnibus erat connubium cum Romanis, nec erant nuptiæ iure contractæ, quæ non aut inter ciuem Romanum, ciuemque Romanam inibantur, aut cui princeps populusvè ciuitatem, vel connubium permisisset. quod aliquando fieri denotat Vlp. loco iam citato. & ego alibi latius exequitur sum.

**N**UPTIIS INTERVENIENTIBVS, VEL CONSEN-  
SV.] Nuptias hic intelligit solemnitates illas, quibus vtebantur in deductione uxoris ad mariti domū, quas hic recensere nimis longum esset, quum præsertim id alijs fecerint, apud quos uniuq. videre est. Matrimonium itaque solo consensu perficitur, vt etiā si dotis instrumenta defuerint, pompaq. aliaq. nuptiarū celebritas omittatur, nihil

Hier. Alean. Comm.

C 3 minus

## Institutionum Caij

minus firmum sit matrimonium, l. si donationum, 22. c. de nupt. quamobrem in libere mulieris consuetudine non concubinatus, sed nuptiae intelligendae sunt, si non corpore quæstum fecerit, l. 24. de ritu nupt.

**QVIA NEC PATRI FILIAM.**] incipit enumerare personas, quibuscum incestum committitur, nam si quis ex his, quas moribus prohibemur vxores ducere, duxerit, incestum dicitur committere, l. sororis, 39. de ritu nup. præcipue vero nuptiae consistere non possunt inter eas personas, quæ in numero parentum, liberorum, & sunt, siue proximi, siue ulterioris gradus sint usque ad infinitum, l. 53. eod. tit.

**NEC FILIO MATRE M.**] Persæ matrem ducebant de functo patre, teste Philone in lib. de special. legib. quod scelus Oedipodi accidit. & quamquam per ignorantiam, quot mala peperit?

**HOC EST ADFILIATIS.**] Cuiacius lib. 7. obser. cap. 15. ex hac adfiliatorum appellatione argumentum colligit, hanc Epitomen esse Aniani: nam eodem vocabulo vtitur in interpretatione l. 2. c. Theod. de legit. hered.

**SEMPER CONSTAT FLLICITAS.**] ob publicum pudorem, & nominis reverentiam, quamvis adoptiui emancipati liborum nomen amittant, l. 3. D. unde lib. turpe enim est, quam diu uocavimus matrem, hanc postea uocemus uxorem, & mulier, quem si illum habuit, hunc maritum uereatur. In alijs personis, præterquam in parentibus, & liberis hoc non procedit. itaque patris adoptiui mei matrem, aut materteram, aut neptem ex filio, si emancipatus fuerit, uxorem ducere possum, scilicet quia post emancipationem extraneus intelligor, l. quinetiam, 55. de ritu nuptiarum.

## E P I T O M E .

**Lib. j. Tit. 4.** Inter fratrem quoque, & sororem, siue eodem patre, ac matre natæ fuerint, siue diuersis matribus, aut patribus, matrimonia esse non possunt. Inter adoptiuos etiam fratres illicita sunt coniugia, nisi forte adoptio emancipatione fuerit dissoluta; nam si emancipatio interuenerit, nuptiae inter huiusmodi fratres licito contrahuntur.

## Liber Primus.

20

trahuntur. Fratris quoque, & sororis filiam vxorem du cere non licet; sororem quoque patris, ac matris uxores accipere non licet. genero quoque socrum suam, nec socero nusum vxorem accipere licet: neque uitrico priuignam, neque priuigno nouercam. Fratres enim amitios, uel consobrinos in matrimonium iungi nulla ratio ne permittitur. Sed nec vni viro duas sorores uxores habere, nec vni mulieri duobus fratribus iungi permittitur.

**INTER FRATREM QVOLOVE &c.**] Ad eos uenit, qui transuerso gradu coniuncti sunt, quorum nuptiae vsque ad certum terminum prohibentur. ac primò fratrum, sororumque nuptias ait esse interdictas, nec interest ex iustis nuptijs cognatio descendat, an vero non, nam, & vulgo queſitam sororem quis retatur uxorem ducere, l. & nihil, 34. de ritu nup. quia hoc ius moribus, non legibus introductum est, ideo naturale ius, & pudor inspiciens est. quare eti. ad leges seruiles cognationes, & adfinitates non pertinent, l. iuris consultus, §. 1. de grad. & ad fin. tamē in hoc iure seruandæ sunt, l. libertinus, l. adoptivus, de ritu nup. non parcimus enim nominibus cognatorum etiam in seruis, nam parentes, & filios, fratresque etiam seruorum dicimus, d.l. iuris cons. §. 1. Jure itaque gentium fratribus conubia uetita sunt, quamvis apud quosdam populos recepta fuisse legendur: quam coniunctionem nec Plato uidetur improbare lib. 5. de Repub. nam quod in mundi initio fratribus sorores copulabantur, hoc factum est compellente necessitate, quod postea damnabile vi sum est. 35. q. 1. cap. j.

**INTER ADOPTIVOS.**] l. per adoptionem, 17. de ritu nupt. quod & pontificio iure comprobatum est, c. uni. de cogn. lega. sancte igitur adoptione a cognatis abstinere debemus, cognati vero adoptiuorum sunt, qui & adgnati sunt, l. si qua, 12. in fin. de ritu nupt.

**NAM SI EMANCIPATIO INTERVENIRIT.**] Emancipatio ius adgnationis soluit, non ius cognitionis. in adoptiis tamen etiam cognitionis soluit, neque enim adoptivus cognatus intelligi potest, nisi & adgnatus sit. dum igitur manet adoptio,

## Institutionum Caij

manet & cognatio, quoniam qui adgnatus est, & cognatus est, l. ult.  
§. 1. de Grad. & adf. sed soluta adoptione, quia definit esse adgnatus,  
nec cognatus per consequens est. adoptio enim ius sanguinis non ad  
fert, l. qui in adoptionem, 23. de Adopt. Hinc patet, posse me vxore  
ducere eam, quae in adoptione soror mibi fuit. neque enim fratum,  
& sororum nomen ita verendum est, ut parentium: quum apud veteres  
puelles amatores suos, fratres, illi è contra amasias sorores blando  
vocabulo appellarent, quod eruditissimo cuique notum esse existi-  
mo.

**FRATRIS QVOQUE, ET SORORIS FILIAM.**) Hic  
adgnoscenda est Aniani additio. neque enim scripsit Caius, fratri  
filiam uxorem habere non licere, sed sororis tantum, ob Senatus con-  
sultum indultu Claudi factum: de quo sic Suetonius capite 26.  
Verum illecebris Agrippinæ Germanici, fratri sui filiæ,  
per ius osculi, & blanditiarum occasionses pellectus in a-  
morem, subornauit proximo Senatu, qui censerent, cogend  
dum se ad ducendum eam vxorem, quasi Reipubl. maxi-  
me interesset, dandam quæ cæteris ueniam talium coniu-  
giorum, quæ ad id tempus incesta habebantur. Ac uix uno  
interposito die confecit nuptias, non repertis, qui se-  
querentur exemplum, excepto libertino quodam, & altero  
Primipilari, cuius officium nuptiarum, & ipse cū Agrip-  
pina celebravit. qua de re etiam Tacitus latè lib. 12. Ex eo igitur  
tempore admittabantur eæ nuptiæ; quod iamen ad sororum filias  
tractum non est, quod enim contra rationem iuris receptum est, non  
est producendum ad consequentias, l. 14. de legib. ex quo id intelligi  
tur, quod ait Ulpianus in fragmen. regul. tit. 5. Inter cognatos au-  
tem ex transuerso gradu olim quidem usque ad quartum  
gradum matrimonium contrahi non poterat: nunc autem  
etiam ex tertio gradu licet uxorem ducere, sed tantum  
fratri filiam, non etiam sororis filiam, aut amitam, uel ma-  
terteram, quamuis eodem gradu sint, &c. Sic enim legendum  
indicant fragmenta in Collatione legum Mosaicar. & Romanar.  
tit. 6. ubi & hac Pauli sententia refertur. Inter parentes, & libe-  
ros iure ciuili matrimonia contrahi non possunt; nec filiæ  
sororis, aut neptem ducere possimus. & vestigia quædam  
sunt in Pandectis, ut Papinianus adulterium committi ait cum so-  
roris filia, l. miles, in prin. ad leg. Iul. de Adult. l. si adulterium, 38.

S. 1.

## Liber Primus.

21

§. 1. cod. tit. ut & Ulpianus in l. etiam, 56. de ritu nup. & Paulus so-  
roris pronepotem matrimonio iungi non posse, l. sororis, eod. titul. de  
ritu nup. cur enim his locis de sororis filia aperiè definitur, de fra-  
tris filia uerbū nullum? Id autem postea correctum inuenitur à  
Diocletiano, & Maximiano, l. nemini, 17. C. de nupt. quām tamen  
nec ab his correctum sit, nam ea uerba, præterea fratri tui filia,  
& ex ea nepie, addita sunt à Tribonianu: neque enim habentur in  
edicto Dioclet. & Maximiani, cuius ea l. 17. particula est. quod edi-  
ctum integrum est in Collatione legis Mosaic. situ. de incest. nup. ubi  
ea particula sic habet: cum quibus autem personis tam co-  
gnatorum, quām ex adfinium numero contrahi non li-  
ceat matrimonium, hoc edicto nostro complexi sumus:  
cum filia, nepte, prœnepteque; matre, auia, proauia; & ex la-  
tere amita, ac matertera, sororis filia, & ex ea nepte. Item-  
que ex adfinibus proiugna, noverca, socrus, nuru, cæterisq;  
quæ antiquo iure prohibentur, à quibus cunctos uolumus  
abstinere. & quamvis etiam eorum Imperatorum constitutioni-  
bus interdicta ea nuptiæ obserent, tamen non potuit hoc scribere Caius,  
qui tot annis ante eos uixit, nempe M. Aurelij & Antonini temporib.  
interdicta sunt certè à Constantino Christiano Imper. l. 1. C. Theodo.  
de incest. nupt. ex quo iure Anianus hic Caium loquentem facit.

**SOROREM QVOQUE FRATRIS, AC MATRIS.]**  
Amitam, & materteram ducere non licet, etiam si per adoptionem  
coniuncta sint, l. 17. D. de ritu nup.

**SOCRUM SVAM.**) qua appellatione non tantum uxoris  
meq; mater, sed auia, & proauia intelligitur. Sed nec matrem ei-  
us, quam sponsam habui, uxorem ducere possum, l. adoptiuus, §.  
ult. de ritu nup.

**NEQVE VITRICO PRIVIGNAM.**] quia filie loco est,  
d. l. adoptiuus, §. nunc uidemus. §. adfinitatis, Inst. de nupt. Philo  
in lib. de Special. legib. Non fratri, patruiyè vxorem licet du-  
cere, tanto minus priuignam, cui vitricus parentis loco  
est, & ipsa vicissim loco filiæ, nempe ex uxore huius ge-  
nita.

**NEQVE PRIVIGNO NOVERCAM.**] quia matris loco est,  
§. socrum quoque. Inst. de nupt. etiam si sponsa tantum patris fuerit,  
l. si qua 12 §. 1. de ritu nup. Philo Hebr. eod. libro: At nostra lex  
tantam cautelam adhibuit in hoc negotio, ut ne a priu-  
gno

Institutionum Caij

gno quidem post patris obitum nouercam duci permit-tat, tūm ob patris reuerentiam, tūm quia nouerca, & mater cognatæ appellationes videntur. Antoninus tamen Caracallus nouercam duxit, quæ ( ut testatur Sparianus) quūm esset pulcherrima, & quasi per negligentiam se ma-xima corporis parte nudasset, dixissetque Antoninus, vel lem, si licet, respondisse fertur, si libet, licet; an ne-scis te Imperatorem esse, & leges dare, non accipere? quo audito furor inconditus ad effectum criminis robo-ratus est: nuptiasque eas celebrauit, quas, si sciret, se le-ges dare, verè solus prohibere debuisset. matrem enim (non alio dicenda erat nomine) duxit uxorem. *h.c.* Spartianus. Hodie priuignum vocamus Filiastrum, non adeo bar-barico vocabulo. nam & in iure Pontificio id nomen legitur, vt 30. q. 1. cap. 2. & alijs locis, & in antiquis inscriptionibus Romæ, & Patauij.

*FRATRES ENIM AMITINOS, VEL CONSOBRINOS.]* Iego *FRATRES ETIAM &c.* Hic aliud Aniani fa-cinus detegendum est. neque enim eſe potest, ut Cainus scriperit, consobrinos matrimonio coniungi non posse, id enim nullo iure ue-tabatur, ut colligi potest ex leg. 3. de ritu nupt. ex l. Lucius, 7. 8. §. filiam, ad S. C. Trebell. & alijs auctoribus. tempore tamen Theodosii ea nuptie vetitæ erant, nec contrahiri poterant, nisi ex indulgentia principis, l. unic. C. Theod. Si nupt. ex rescr. pet. Cassiod. var. lib. 7. cpi-ſto. 46. de quo & Paulus Diaconus in eius vita sic ait; Tantum pudori tribuens, & continentiae, ut contuberniarum nup-tias tanquam sororum vetuerit. Idque post Theodosii mor tem anno primo confirmarunt eiusdem filij Arcadius, & Honorius, l. 3. C. Theod. de incest. nupt. atque ad has constitutiones Anianus in-terpretationes scripsit, non item ad eam, qua ijdem Imperatores no-no post primam anno Fl. Stilione iterum, & Anthemio Coss. hasce nuptias permiserunt, que non in Theodosii, sed in Iustiniani Codice solum relata est, leg. Celebrandis, 19. C. de nupt. itaque & in §. duorum, Inst. de nuptiis recte legitur: Duorum autem fratrū, uel sororum liberi, uel fratris, & sororis coniungi possunt. nam duci ea tantum personæ in quarto gradu prohibebantur, quæ loco filiorum, aut parentium essent. consobrinæ autem nec parentium, nec filiorum loco sunt. At hodie quoque he nu-ptis

Liber Primus.

22

ptie vetitæ sunt ex Pontificum iure, cui omnino parendum est.

*SED NEC VNI VIRO DVAS SORORES, &c.]* In-zelige diuerſis temporibus. nam duas uxores habere eodem tem-pore, etiam si sorores non sint, moribus Romanis non conuenit, l. 2. C. de incest. nupt. l. 5. C. de dona. ante nupt. & infamis est, qui duas habet, l. 1. de his, qui not. inf. l. eum qui, 18. C. ad legem Jul. de Adult.

E P I T O M E.

*Q* uod si quis incestas, uel nefarias, idest, quæ sunt Lib. j. superius comprehensæ, nuptias inierit, nec uxo- tit. 4. rem habere uidetur, nec filios. Nam ij. qui ex huiusmo di conceptione nati fuerint, quamlibet matrem uidean tur habere, pātrem vero nullatenus habere censem̄t, & tanquam si de adulterio concepti fuerint, compu-tantur; qui spuri appellantur, hoc est, sine patre filij.

*N*EC UXOREM HABERE VIDETVR, N E C FI-LIOS.] l. si quis, &. C. de incest. nupt.

*OVI SPURII APPELLANTVR.]* Spuri sunt vulgo quæſiti, qui patrem demonstrare non posunt, vel qui possunt quidem, sed eum habent, quem habere non licet, leg. 23. de Sta-tu hom.

*HOC EST SINE PATRE FILII.]* Plutarchus in Problem. Spurius primum nomen est apud Romanos, vt Sextus, & Decimus, & Caius. Prima autem nomina non tota scri-bunt, sed aut vna littera, ut T. Titum; aut duabus, vt GN. Gneum; aut tribus, vt SEX. Sextum, & SER. Ser-uum. sic Spurius SP. scribebatur; eos autem, qui sine patre erant, qui ἀπάτης Græcè dicuntur, S. & P. desi-gnabant, quasi Sine Patre. hoc errore factum, ut Spurius sine patre dicerentur.

Regu

## E P I T O M E.

Lib.i. **R**egula iuris hoc continet, ut qui legitimè concipiuntur, tempore conceptionis statum sumat; qui verò non de legitimo matrimonio concipiuntur, statum sumant eo tempore, quo nascuntur. Ac proinde legitima coniunctione conceptus, etiam si mater eius statum mutet, id est, si ancilla fiat, ille quilegitimè conceptus est, ingenuus nascitur. nam qui non legitimo matrimonio concipitur, si mater eius ex ancilladum prægnans est, libera facta fuerit, liber nascetur: Si verò ex ingenua ancilla prægnans facta fuerit, seruus nascetur: quia non legitimè, sed vulgo conceptus est.

**I**dem scribit Ulpianus in fragm. regul. in calce tit. 5. & certè quae ad regulam iuriis verissimum est, ex legitimis nuptijs natos liberos patrem sequi, vulgo quæsitos matrem, l. 1. quum legitimæ, 19. de statu hom. quam & esse legem naturæ ait Vlpi. in l. 24. eod. tit. quare ex Cive Romano, & Latina Latinus nascitur, & ex libero, & ancilla seruus, quoniam cum his connubia non sunt, ut idem affirmat in fragm. tit. 5. In legitimo igitur matrimonio conceptus, etiam si mater statum mutet, tamen liber, & in potestate patris nascitur. At qui vulgo conceptus est, quoniam patrem habere non censetur, matrem sequi debet quounque statu ea sit. itaque si nascens matræ, que prius ancilla fuerat, liberam inueniat, liber est, & è contra, si ex libera ancillam inueniat, seruus nascitur. & hac quidem iuris regula est. Ceterum fauore libertatis, cuius gratia multa aduersus rigorem iuris recepta sunt, admittunt iuris prudentes, ut quocunque tempore libera fuerit mater, seu tempore conceptionis, seu partus, seu medio tempore, is, qui nascitur, liber sit, siue ex iustis nuptijs, seu vulgo quæsitus sit, ut scribunt Paul. lib. 2. sentent. tit. 24. & Martian. in l. 5. de statu hom.

De

## De Adoptionibus. Cap. VIII.

## E P I T O M E.



**D**OPTIO naturæ similitudo est, ut ali- Lib. i.  
quis filium habere possit, quem non gene- tit. 5.  
rauit.

**Q**uoniam filios familias non solum naturæ, verum & adoptio-  
nes faciunt, l. 1. D. de Adopt. ideo quum de ijs dixerit, qui na-  
tura sunt filii, subiicit de his, qui per adoptionem in alterius potesta-  
tem ueniunt.

**N**ATV RAE SIMILITVDO EST. ] Adoptio naturæ  
imago est l. filio, de lib. & posthu. ideo quum natura maior minor  
ris filius esse nequeat, consequens est, ut nec maiorem minor adoptet,  
l. 15. in f. i. D. hoc ti. adoptio enim in his personis locum habet, in qui-  
bus & natura habere potest, l. seq. eod.

## C A I V S.

**S**generalis enim adoptio duobus modis fit; aut „  
Principis auctoritate, aut magistratus impe- „  
rio. Principis auctoritate adoptamus eos, „  
qui sui iuris sunt; quæ species adoptionis di- „  
citur adrogatio, quia & is, qui adoptat, rogatur, id est in „  
terrogatur, an velit eum, quem adoptatus sit, iustum „  
sibi filium esse & is, qui adoptatur, rogatur, an id fieri „  
patiatur. Imperio magistratus adoptamus eos, qui in po- „  
testate parentis sunt, siue primum gradum liberorum „  
obtineant, qualis est filius, filia; siue inferiorem, qualis „  
est nepos neptis, pronepos proneptis. illud utriusque „  
adoptionis commune est, quod & hi, qui generare non „  
possunt, quales sunt spadones, adoptare possunt. hoc ve- „  
rò

## Institutionum Caij

„ rō proprium est eius adoptionis, quæ per principēm fit,  
 „ quod is, qui liberos in potestate habet, si se adrogan-  
 „ dum dederit, non solum ipse potestati adrogatoris sub-  
 „ iicitur, sed & liberi eius in eiusdem fiunt potestate tan-  
 „ quam nepotes.

**E**xstat in l. 2. de adopt. Adoptionis nomen generale est; in duas autem species dividitur, quarum altera adoptio similiter dicatur, altera Adrogatio l. 1. eod. tit.

**PRINCIPIS AVCTORITATE**) Antea populi, ut trudit Agell. lib. 5. cap. 19. nam comitia curiata præbebantur arbitris Pontificib. Quæ igitur olim per populum, bodie per Imperatorem fit, l. 2. in s. C. de adopt. nam lege Regia populus ei, & in eum omnem suum imperium, & potestatem contulit, l. 1. de const. princip.

**QVIA ET IS, QVI ADOPTAT, ROGATUR &c.]** Verane hæc etymologia est: & quæ tradit Agellius ijs verbis? Adrogatio autem dicta, quia genus hoc in alienam familiam transitus per populi rogationem fit, quæ uerior uidetur, nam & Sex. Pompeius. Rogatio (inquit) est, quum populus consilium de uno, pluribusve hominibus, quod non ad omnes pertineat, & deyna pluribusve rebus, de quibus, nō de omnibus sanciatur. eius autem rogationis verba Agellius hæc refert: Velixis, iubeatis, vti L. Valerius, L. Titio tam iure, legique filius fiet, quam si ex eo patre, matreque familias eius natus esset; vtique ei vitæ, necisque in eum potestas fiet, vti patri endo filio est? hoc ita vt dixi, ita vos Quirites, rogo. Quum vero tempestate Caij adoptio per populi rogationem amplius non esset in usu, satius duxit etymon tradere suis temporibus accommodatum. Sed & quum per populum adoptabatur, non tantum populus, sed & is, qui adoptabat, & qui adoptabatur, rogabantur, ut Cicero ostendit in Orat. pro Domo sua, quum ait: Credo enim, quamquam in illa adoptione legitimè factum est nihil, tamen te esse interrogatum, auctornè essem, ut in te P. Fonteius vitæ, necisque potestatem haberet, uti in filio.

**IMPERIO MAGISTRATUS, &c.]** Qui sui iuris erat Curiatus comitijs alterius potestati subiiciebatur, qui in parentis potestate, in alienam familiam transibat imperio magistratus, hoc est adhibitis

## Liber Primus.

24

adhibitis solemnibus in iure apud magistratum, apud quem legis actio est, l. 4. de Adopt. siebat laitem hæc. Adoptio per æs, & libram, ut plerique actus legitimi; Agellius eod. lib. 5. Adoptantur, quum a parente, in cuius potestate sunt, tercia mancipatio ne in iure cedetur, atq. ab eo, qui adoptat, apud eum, apud quem legis actio est, uidebatur enim natura lis pater filium alteri uendere, & id est, ut in nexu moris erat, accepit. Sestertio numero quasi postijbat. Hoc autem in re opus tripla mancipatio exat, ut etiam in emancipationibus, quas solemnitates abstulit. Justin. l. vlt. C. hos titulos, & terminos, apud id, vide

**SIVE INFERIOREM, QVÆ LIS EST NBPOS.]** In his non tres mancipations, sed una (satis erat, d. l. vlt. C. de adopt.

**QVÆ LIS SUNT SPADONES, ADOPTARE POS- SVNT]** post hæc verba addunt alij ex Inst. Iustinianii: Castrati autem non possunt: que uerba absunt à Pand. Florentinis. Is adoptare conceditur, qui natura generare nequeunt, quod Tullius ostendit in Orat. pro Domo sua, ait enim: Causa queri solet adoptandi, ut & is adoptet, qui quod natura iam assequi non potest, & legitimo, & Pontificio iure querat. & alio loco; Quid est Pontifices ijs adoptionis? nemire, vt is adoptet, q. neque procreare iam liberos possit, & quum potuerit, sit expertus. Quamobrem recte Spadones adoptant. Sunt autem Spadones, qui natura inhabiles sunt ad generandum, ut optimè declarat Ant. Augustinus emend. lib. 3. cap. 5. Cir autem Castratis nou licet? sunt vero Castrati, quibus exsecta sunt virilia: hat. in. he. verba fuere opiniones, sed Antonius Augustinus adquieuit rationi, quam tradit Theophilus in S. sed & illud. Inst. hoc tit. cui tamen ego non assentior, ut pluribus docui Observ. lib. 1. cap. 17.

**HOC UERO PROPRIVM]** Qui sui iuris est, quū adrogatur, se, suaq. oia in adoptatoris potestate, & dominij confert. itaq. si filios in p̄tate h̄et, destruit h̄ere, & eiusde p̄tati subiicit q. n. sub p̄tate est, alios h̄ere in p̄tate neq. uer inderest, naturales sint filij, an adoptui, sic n. Germanicus nepos factus est Augusti; q. adoptiuus filius erat Tyberij ab Augusto adoptat, Suet. Tib. c. 15. S. illud p̄priu, Inst. hoc ti. Et Hadrianus Antoninu. Più ea lega adoptauit, ut ille Marcu, & Verē sibi adoptaret, teste Capitolino. Atq. h̄ec Anianus, ita rededit.

Et

## E P I T O M E.

Lib.j. **E**T ipsa adoptio duobus modis fit, vna quæ adrogatio dicitur: alia quæ Adoptio: Adrogatio est, quando aliquis patrem non habens adoptatur, & ipse se in potestatem adoptiui patris dat. Et ideo adrogatio dicitur, quia & ille, qui adoptat interrogatur, utrum illum, quem adoptat, filium habere uelit: & ille, qui adoptatur, interrogatur, utrum id fieri velit. Illa vero alia adoptio est, ubi quis patrem habens, ab alio patre adoptatur; & ita ille qui adoptatur, de certi patris potestate discedit, & in adoptiui patris incipit esse potestate.

**D**E CERTI PATRIS) hoc est patris naturalis. Nescio, un hæc, qua sequuntur, Tribonianus demserit ex d.l. 2. recte enim adaptari possunt post illa uerba: Qualis est nepos, neptis, pronepos, proneptis. Nam &c.

## E P I T O M E.

Lib.j. **N**AM & foeminæ adoptari possunt, vt loco filiorum adoptiuis patribus habeantur: Foeminæ vero adoptare non possunt, quia nec filios ex se natos in potestate habent.

**F**OEMINÆ ADOPTARI POSSUNT.) Antequam populus iura sua in principem transstulisset, foeminæ adrogari non poterant, id quod ita scribit Agellius: Neque pupillus autem, neque mulier, quæ in parentis potestate non est, adrogari possunt: quoniam & cum foeminis nulla comitiorum communio est, &c. Sic enim omnino cum negatione legendum est; non ut nulgo: Quæ in parentis potestate est; nam id tantum curiatis comitijs adrogabantur, qui sui iuris erant, non qui sub alterius potestate. Hodie vero fomina ex rescripto principis adrogari

## Liber Primus.

25

rogari possunt, vt Caius noster testatur in l. 21. D. hoc tit.l. in adoptio nem. 8.C.eod.

**F**OEMINÆ VERO ADOPTARE NON POSSUNT] Adoptio ius patriæ potestatis tribuit; at mulier filios in potestate habere non potest, §. ceteri. Inst. de Here. qual. & diff. ipsa enim familia suæ & caput, & finis est, l. Pronunciatio, 195. de verb. sig. & qui nascuntur, in familia matrum non esse, palam est, l. seq. quare consequens est, vt mulier adoptare non possit; aliquando tamen ex indulgentia principis adoptare mulieri conceditur in solarium amissorum liberorum, non tamen vt adoptatos in potestate habeat, sed tanquam se progenitos naturales, & legitimos, l. 5. C. hoc tit. §. p. nult. Inst. cod.

## E P I T O M E.

**S**Padones autem, qui generare non possunt, adoptare possunt. Et licet filios generare non possint, quos adoptauerunt, filios habere possunt. Si quis vero filios habens se dederit adoptandum, non solum ipse in patriæ adoptiui potestate redigitur, sed & filii eius, si tamen auum paternum non habuerint, in adoptiui patris transfeunt potestatem, tanquam nepotes.

**H**ec reliqua sunt contracta ex Caio in d.l. 2.  
**S**I TÆMEN AVVM PATERNUM NON HABUERINT] Hæc Anianus satis insulsa debuit enim dicere: Si tamen in Aui potestate non sint. Nam ponamus filium emancipatum liberos habere, & siquidem ante emancipationem eos suscepit, eo emancipato remanent in potestate Aui,

itaque non transfeunt cum patre in alterius

adoptionem. Si post emancipatio-

nem, quamvis auum

habent, ta-

men

in patris potestate sunt, quo adoptato, & ipsi transfeunt in potestatem adoptantis.

Hier. Alcan. Comm.

D

Filiij,

**Quibus modis filij exent de potestate  
patris.** Cap. IX.

## E P I T O M E.

Lib.j.  
tit.6.

Iij, qui in potestate patris sunt, mortuo pater sui iuris fiunt. Sed si hic filius, qui morte patris sui iuris effectus est, filios habeat, in eius post patris sui obitum erunt filij potestate. Nam si pater moriatur, & auus paternus uiuat, nepos ex filio sui iuris esse non potest: quia in aui remanet potestate, qui auo mortuo sui iuris efficitur. Item si moriatur pater, & relinquit filium emancipatum, & ex eodem filio emancipato nepotes, tunc nepotes liberi, & sui iuris erunt, & in patris emancipati potestatem non ueniunt.

**D**ixit de filiis, qui sub patris potestate sunt; nunc agit de liberations ab ea potestate.

**MORTUO PATURE]** Mortuo patre familias quotquot capita ei subiecta fuerunt, singulas familias incipiunt habere: singuli enim patrum familias nomen subeunt, l. pronunciatio, de verb. sig. l. 4. de His, qui sunt sui, uel al. iu. quod de ijs, qui sui heredes sunt intelligendum est, hoc est, qui proximi sunt patrifamilias, l. vlt. de Bodam. Nam si quis decebat, qui filios in potestate habeat, ut ex ijs nepotes, filij tantummodo sui iuris fiunt, nepotes vero, qui prius in aui, tunc in patris potestatem recidunt, s. i. Inst. Quib. mo. ius pat. po. sol. Ulp. in fragm. tit. 10. §. morte, seu naturales sint, sine adoptiui, l. 5. de His, qui sunt sui, uel al. iu.

**ET RELINQUAT FILIUM E MANCIPATVM]** aut alia ratione capite minutum, ut in exilium actum, aut adoptatum ab alio. adeo ut si filium suum emancipatum pater adoptauerit, aut adoptatum denou redadoptauerit, tamen mortuo eonpos in patris non reuertatur potestatem, l. si pater, q. i. D. de Adopt.

Item

## E P I T O M E.

**I**tem de potestate patris exent filij, si pater eorum in Lib. j. exsilium missus fuerit: quia non potest filium Ciuem ti. 6. Romanum in potestate habere homo peregrinæ conditionis effectus. Item filius, si uiuo patre in exsilium missus fuerit, in potestate patris ciuis Rom. esse non potest, quia similiter peregrinæ conditionis factus cognoscitur.

**S**i PATER E ORVM IN EXSILIVM MISSUS] Idem Vlpia. in fragm. reg. tit. 10. §. si patri. Exsili nomine proprius est, quo significatur aqua, & ignis interdictio, aut in eius locum successa deportatio. per has enim penas eximitur caput de civitate, nam cetera non exilia, sed relegationes propriè dicuntur, l. 2. de pub. iudi. Quare Quidius, qui relegatus erat, rectè ait libro 2. Trist.

Quippe relegatus, non exsul dico in illo,

Parcaque fortunæ sunt tibi uerba meæ.

Sicque exsilium à relegatione separatur in l. 3. 8. S. qui non dum, & §. Indices, de Poen. & in l. antepen. de Injur. & alibi. itaque hoc in loco ea uox in propria significatione accipi debet, nam impropriè est pro relegatione sumitur, ut in l. 4. in prin. D. si quis cautionibus l. 4. de poen. & plurimis alijs locis. Relegatio autem ius patriæ potestatis non soluit, l. 4. de interd. & releg. Quid vero si deportatus restituatur? an recidet filius in potestatem? Et distinctione vtendum est, aut simpliciter restitutus est, tuncque filii remanent sui iuris, l. 6. C. de Senten. pass. aut specialiter quoque impetravit, ut liberos in potestatem recipere, tuncque redeunt in potestatem, l. 9. C. eod. impetrasse autem uidetur, cui dignitas, ac bona restituta sunt, l. vlt. C. eod. tit.

**PEREGRINÆ CONDITIONIS]** Deportati enim ad peregrinitatem rediguntur, l. sed si hac lege, S. sed si per poenam, de in ius voc. ita ut ciuitatem non habent, proptereaq; peregrines dicuntur, l. sunt quidam, l. 17. de poen. l. 1. §. hi quibus. de leg. 3.

## E P I T O M E.

Lib.j.  
tit.6.

**I** Tem si ab hostibus pater captus sit, in potestate, quā diū apud hostes fuerit, filios non habebit. Sed si de captiuitate euaserit, iure postliminij omnem, sicuti in alijs rebus, ita & filios recipit in potestatem. Si verò pater, qui ab hostibus captus est, in captiuitate moriatur, ab eo tempore, quo ab hostibus captus est; filii sui iuris effecti intelliguntur.

**N**ON HABEBIT] quamvis retrò creditur in ciuitate suis se, qui ab hostibus captus est, l. 16. de Capt. & postl. reu. tamen quia in alterius potestate est, pendet ius liberorum, §. si ab hostibus, Inst. hoc tit. in incerto enim sunt, utrum sui iuris facti, an adhuc pro filiis familias computentur. & si interim sui iuris potius esse dicuntur, ideoque ea, quae medio tempore adquirunt propria faciunt, l. in bello. 12. de Captiu. & postlim. reuertis. at si pater reuertatur, eius sunt, l. bona, 22. eod. tit. l. filius de verb. oblig.

**IVRE POSTLIMINII]** Postliminium est constitutio, qua omnia iura captiui in suspenso retinentur, non abrumpuntur, l. illa institutio, 32. §. 1. de hered. inst. Postliminium est ius amissione rei recipienda ab extranco, & in statum pristinum restituenda inter nos, ac liberos populos, regesq. moribus, legibus constitutum, l. 19. de Capt. & postl. reu. duæ enim species postliminij sunt, ut aut nos revertamur, ut aliquid recipiamus, l. 14. eo dictum est autem à post, & limine, vt rectè sensit Scœuola, quæ de re ita Cicero in Topicis: 'Scœuola autem P. filius iunctum putat esse verbum, ut sit in eo & post, & limen; vt quæ à nobis alienata sunt, quum ad hostem peruererint, ex suo tanquam limine exierint, hinc quum redierint post ad idem limen, postliminio videantur rediisse. quam notationem & Iustinianus probat in § dictum est, Inst. hoc tit. iure autem explodetur opinio Seruij, qui dicebat, hoc in uerbo nihil esse notandum, nisi Post, & liminium illud productionem esse uerbi, ut Cice testatur eod. loco: nam & liminium dici potest, sicut eliminare dicimus. Redibant igitur ad idem limen,

## Libēr Primus.

27

limen, at non per limen admittebantur in ædes, si iam diem obiisse nunciatum fuerat, quia id ominosum putabant, sed per tegulas, & impluuium intrò se ipsos demittebant, teste Plutarcho Problem. 5.

**SICUT IN ALIIS REBUS]** quis ante habuerat, nam que interim filius adquisiuit, propria fecit, ut diximus. quid si filius captus sit, & postliminio reuertatur? & constat, in potestatem patris redire, l. quum due, l. 4. de Capt. & postl. reu. sicut & seruus, & ceteræ res, ut naues longæ, & oneraria, equus, & equa fræni patientes, mulus clitelarius, hac enim sine culpa domini amitti potuerunt. at si qua turpiter amittuntur, postliminio non redeunt, uelut arma, & vestes, l. 2. & 3. D. eod. Cicero in Top. Fest. lib. 14. Quod si filius apud hostes suscepit sit, & postliminio redierit, hic etiam filij iura habet, l. Apud. 9. D. cod.

**RECIPIT IN POTESTATEM]** Si tamen manendi in ciuitate animum habeat, nec malit hostes sequi, alioquin receperit ciuitatem non videtur, vt de Regulo responsum est, l. 5. §. pen. D. cod.

**AB EO TEMPORE]** In omnibus partibus iuris is, qui reversus non est ab hostibus, quasi tunc decessisse uidetur, quum captus est, l. 18. de Capt. & postl. reu. quod lege Corthelia cautum est.

## E P I T O M E.

**I** Tem per emancipationem filij sui iuris efficiuntur. Lib.j.  
tit. 6.

Sed filius masculus tribus emancipationibus de potestate patris exit, & sui iuris efficitur.

**SED FILIVS MASCULVS]** Dixit FILIVS, quia in nepotibus, ceterisq. unica mancipatio satis erat. dixit MASCULVS, quia idem ius erat in filiabus feminis, quod in nepotibus, vt inferius apparebit.

Hicrony. Aleand. Comm.

Est

Et autem mancipatio, ut & suprà quoque indicauitur, imaginaria quædam venditio. quod ipsum ius proprium Romanorum est ciuium. eaque res ita agitur, adhibitis non minus quam quinque testibus ciuib. Rom. puberibus; & præterea alio eiusdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens. is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit: H. VNC EGO HOMINEM EX IVRE QVIRITIVM MEVM ESSE AIO, ISQVE MIHI EMTVS EST HOC AERE, AE N EA QVE LIBRA. deinde ære percutit libram, idque æs dat ei, a quo mancipium accipit, quasi pretij loco.

R ecitat hoc fragmentum Boetius tertio Commentario Tulliam Topic. cuius verba sunt: Mancipi res veteres appella- bant, quæ ita abalienabantur, ut ea abalienatio per quandā nexus fieret solemnitatem. nexus vero est quædam iuris solemnitas, quæ fiebat eo modo, quo in Institutionib. Ca- ius exponit. Eiusdem autem Caij lib. primo Institutionum de nexu faciendo hæc uerba sunt: Est autem, &c. quæ uerba quæ ita habeant tam in impressis, quam in manu scriptis, pro certo habendum est, Caium non alio, quædā primo libro hæc scripsisse. quod confirmatur etiam ex omnibus Prisciani exemplaribus, qui in fine lib. sexti verba illa, qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens, ex Cajo adducit, aitq. id esse primo libro Institutionum. Putaueram ego id Caium tractasse lib. secundo, ubi de rebus disserit. & earum adquisitione. Sed exemplaria omnia aliter ostendunt. quælibet libro primo reponendum hoc fragmentum foret, nul- lum existimauit locum hoc, quo posui, aptiorem. Mirum autem non est, si hæc Anianus omisi, quia & de in iure cessione idem fecit, & de ceteris solemnitatibus, quæ iure Gothicō receptæ non fuerant.

EST AVTEM MANCIPATIO] Res altius repetenda est.

est. Omnes res aut mancipi erant, aut nec mancipi. Mancipi res sunt prædia in Italico solo tam rustica, quam urbana. Item iura prædiorum rusticorum, item serui, & quadrupedes, quæ dorso, collone domantur. ceteræ res nec mancipi dicuntur, ut tradit Vlpia. in fragm. tit. 19 atque harum rerum multis modis dominia adquirimus, ueluti mancipatione, traditione, vsu capione, in iure cessione, adjudicacione, lege, ut est eod. loco apud Vlpian. ex his modis adquisita dominia quædam ex iure Quiritium dicuntur, quædam in bonis, quæ naturalia dominia uocat Theophilus in §. vlt. Inst. de libert. Ex iure Quiritium adquirebatur dominium tribus modis mancipatione, in iure cessione, usu capione, quamvis Varro tres alios addiderit: Sic n. loquitur lib. 2. de re rust. cap. 10. In emtionibus dominum legitimum sex ferè res perficiunt. Si hereditatem iustum adjicit, si, ut debuit, mancipio ab eo accepit, à quo iure ciuili potuit; aut si in iure cessit, qui potuit cedere, & id ubi oportuit: aut si usu cepit; aut si è præda sub corona emit; tumyè, quæcum in bonis, sectionevè cuius publicè emit: nam & alios hosce modos mancipacionis solemnitas comprehendit. hereditas enim mancipatione emebatur, hoc est per æs, & libram, ut refert Vlpian. in fragm. & Inst. li. 2. Inst. & qui sub corona emebat, uidebatur mancipio accipere, propterea quæ vocabatur Manceps, teste Festo Pompeio lib. 11. quamvis uendorum earum rerum nomine emtori nihil prestatet, ut patet ex Agell. lib. 7. cap. 4. Tres itaque erant modi adquirendi legitimi dominij, quorum unus hic à Cajo refertur, estq. Mancipatio, seu Nexus. nam nomen Nexus, & generale est, & speciale. Nexus (inquit Festus) est, ut ait Gallus Aelius, quod cuncte per æs, & libram geritur, idque necti dicitur. quo in genere sunt hæc, testamenti factio, nexus datio, nexus libe ratio, &c. quamobrem & hanc mancipacionem Tullius nexus uocauit, quem ait in Topic. Abalienatio est eius rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexus, aut in iure cessione, iter quo ea iure ciuili fieri possunt. nullæ autem res alienari mancipacione poterant, quæ mancipi erant, quod & Vlpian. testatur in fragm. tit. 19. Mancipatio propria species alienationis est rerum mancipi, eaque fit certis verbis, libripende, & quinq. testibus præsentibus. quod si quis mancipio dedisset rem nec mancipi, nihil agebat, ut Cicero pariter innuit in Topicis ijs verbis: Finge mancipio aliquem dedisse id, quod mancipio dari

non potest, num idcirco id eius factum est, qui accepit? aut num is, qui mancipio dedit, ob eam rem se ulla re obligavit? quod & à Boetio ibidem declaratur. quod autem inquit Tullius, inter quos ea iure civili fieri possunt, hoc denotat, non omnes potuisse mancipio dare, aut accipere: id enim locum habuit iam inter Ciues Romanos, quod hic aperte Caius fatetur inquiens: QVOD IPSUM IVS PROPRIVM RQM AN. EST CIVIUM. postea communicatum est etiam Latinis Colonis, Latinisque Iunianis, ijsque peregrinis, quibus commercium datum est, vt declarat Vlpianus eod. titu. 19. Fragm. Proprium vero mancipationis erat, quod periculum rei mancipate penes eum, qui tradidit erat: unde illud est apud Plautum in Persa;

Ac suo periculo is emat, qui eam mercabitur;

Mancipio neque promittet, neque quisquam dabit.

& paulo inferius; nihil mihi opus est litibus.

Nisi mancipio accipio, quid eo mihi opus

Mercimonio? Cicero quoque in oratione pro Murena: Quod si in ijs rebus repetendis, quae mancipi sunt, is periculum iudicii prestare debet, qui se nexus obligavit, &c. Pro inde si res eo modo emta enicta fuisset, uendor duplo tenus obligabatur, ut ait Paulus lib. 2. Senten. tit. 17. §. res emta in alijs vero emtionibus periculum penes emtorem erat, nisi de enictione stipulatio canisset, tunc enim tanto condemnandus erat, quanto cautum foret, Paul. eod. loco, §. anteced. solebat itaque in simplicibus emtionibus stipulatio duplex intercedere, aut certe simple, idque est, quod ait Varro eod. lib. 2. de Re Rust. cap. 10. Aut si mancipio non datur, dupla promitti, aut si ita pacti, simpla ac duplam quidem promittebant in pretiosis rebus, in ceteris simplam, l. emtori, 37. D. de Euijt. cogbaturq; uendor eam duplam promittere, l. 2. eod. tit. quod si non promisisset, antea non tenebatur: postea, quia tam adsidue duplex stipulatio fiebat, receptum est, ut teneretur, ac si cautum esset, ob bona fidei iudicium, l. quod si, 31. S. quia adsidua, de edil. edito. l. ex emto, §. Cassius, de Act. emti. In ceteris vero rebus, que pretiosae non essent, ad simplam agebatur, ut passim ex titu. de Euijt. patet. Notandum autem, quod ait Varro eodem loco, qui quum legitimos illos adquirendi modos enumerasset, subiungit: In horum emtione solet accedere peculium, aut si excipiet stipulatio, intercedere sanum cum esse, furtis, noxiisque solutum;

nam

nam in simplicibus emtionibus, nisi exprimatur, peculium non accedit, l. quoties, 29. de contrah. emt. l. 3. de Euijt. l. quis ergo, 17. de Pecul.

VT ET SVPRA QVOQUE INDICAVIMUS] Indicasse forsan id potuit in titu. de Libertinis, scribens de ijs, qui Ciues Romani efficiebantur, qui scilicet manum missoris essent ex iure Qui ritum.

CIVIBVS ROMANIS] etiam Latinis Iunianis; Vlpian. in fragm. reg. tit. 20.

PUBERIBVS] Puberem Cassiani eum esse dicebant, qui habitu corporis pubes appareret, id est, qui generare potest; Proculleij autem eum, qui quatuordecim annos complevit; uerum Priscus, eum puberem esse, in quem utrumque concurrexit, & habitus corporis, & numerus annorum, teste Vlpian. in fragm. tit. 11. Caius noster Proculleianus potius erat, at Paulus Cassianus uidetur fuisse, cuius sententiam recte exponit Ant. Augustinus lib. 3. emen. cap. 5. Qui igitur in Pandectis inueniuntur scriptisse, puberem quatuordecim annorum esse, ij Proculleiani sunt, aut si Cassiani quidem erant, Tribonianii manum sunt pauci: nam Proculleianos sequutus est Iustinianus reiecta Casianorum, & Prisci sententia, l. ult. C quando tut. uel cur. esse de, quod & antea probasse uidetur Diocletia. & Maximianus. l. 4. C. qui testam fac. poss.

QUI APPELLATVR LIBRIPENS] In omnibus imaginariis uenditio nibus libra interponebatur, teste Plinio lib. 33. ca. 3. ea ratione, ut imaginem uenditionis adhiberet, ex antiquiori insti tuto. nullae enim antiquitus siebant uenditiones absque libra, quum ueteres are graui uiterentur, & perso eo, non numerato debitum soluerent, ut patet ex eod. Plinio, Festo lib. 4. & 14. Varrone lib. 4. de ling. lat. Sanè vero nummus unus pretium non denotat, l. si quis, 10. §. vlt. de Adq. poss. l. si quis, 46. D. Laca. alioquin hæc uenditio imaginaria non diceretur: imaginaria enim uenditio non est preio accidente, l. 16. de reg. iur.

HOC AE RE AE NEAQVE LIBRÆ] Horatius lib. 2. epist. vlt.

Si proprium est, quod quis libra mercatus, & erat est. DEINDE AE RE PERCUTIT LIBRAM] Quam rem facere animaduertebatur, Varro lib. 4. de lin. lat. Deinde porta Raudus, quod erata fuit. & Raudus dictum; ex eo in ueteribus

aturalis pater non potest, nisi fiduciarius, à quo manumis-  
si sunt. nam si remancipatum sibi naturalis pater, uel  
auius manumiserit, ipse eis in hereditate succedit.

**H**OCEST MANVS TRADITIO] lego HOCE EST  
MANV TRADITIO. Quemadmodum in manumis-  
nibus seruorum vtebantur quodammodo in iure cessione, ut suprà  
declarauimus, ita in manumissionibus filiorum intercedebat manci-  
patio, quasi filius res esset quædam mancipi. Itaque his solemnita-  
tibus vtebantur. Antestatus quinque testes conuocabat ante præ-  
sidem, ubi libripens erat, & pater naturalis cum filio suo, item & ar-  
tius, qui filium emere debuerat, qui fiduciarius pater dicebatur. Tra-  
debat ergo naturalis pater filium fiduciario patri dicens, Mancu-  
po tibi hunc filium, qui meus est; at ille è contra; Hunc ego  
hominem ex iure Quiritium meum esse aio, ilque mihi  
emtus est hoc aere, æneaque libra. Statimque percusa libra  
sestertium nummum dicis caussa dabat ei, à quo filium acceperat,  
quem protinus manumittebat; is verò manumissus in naturalis pa-  
tris potestatem denuò recidebat. idque iterum fiebat. quumque ter-  
tiò naturalis pater filium manciparet, ijs verbis vtebatur: Mancu-  
po tibi hunc filium, qui meus est, ea conditione, ut mihi  
remancipes, ut inter bonos bene agier oportet, & sine  
fraudatione. (nam ea formula, Vt inter bonos, &c. vfos fuisse  
in fiducia testis est Cicero libro 3. offic.) idque ea ratione excogita-  
tum fuit, ne si fiduciarius ille pater tertio filium manumisisset, in  
eius bonis successurus esset, ad similitudinem patroni: quod ius a-  
quis uisum fuit, ut naturalis pater haberet, nam post tertiam manu-  
missionem liber erat, nec recidebat amplius in patris potestatem ex  
lege 12. tabularum.

**QVAE DAM SIMILITUDO VENDITIONIS EST]**  
Paulus deduci filium in imaginariam servilem caussam ait in l. 3.  
§. 1. de Cap. dimin. unde rectè Theophilus: Ideo autem uende-  
batur filius, ut in servitutem redigi videretur, & ita cōmo-  
dè ei libertas daretur: nam liber manumitti non poterat.  
Ob eam igitur mancipationem liberorum manumisso nomen Eman-  
cipationis sumit, minus certè proprium, nam mancipation est ven-  
ditio, seu alteri traditio, manumissio est è manu, hoc est potestate  
misso,

## Institutionum Caij

bus mancipijs scriptum: RAVDVSCVLIO LIBRAM  
FERITO. Festus lib. 17. Rodum vulgus quidem in vsu  
habuit, non modo pro ære imperfecto, vt Lucilius quum  
aīt: Plumbi pauxillum, rodus, linique metaxa, sed etiam  
pro signato, quia in mancipando quum dicitur, RODV-  
SCVLIO LIBRAM FERITO, asse tangitur libra.

## EPITOME.

Lib. j. tit. 6. **M**ancipatio autem, hoc est manus traditio, quædā  
similitudo uenditionis est; quia & in emancipa-  
tionibus præter illum, hoc est certum patrem, alias pa-  
ter adhibetur, qui Fiduciarius nominatur. Ergo iste na-  
turalis pater filium suum fiduciario patri mācipat, hoc  
est manu tradit: à quo fiduciario patre naturalis pater  
vnum, aut duos nummos, quasi in similitudinem pretij  
accipit, & iterum eum acceptis nummis fiduciario patri  
tradit. Hoc secundò, & tertio fit, & sic de patris potesta-  
te exit. Quæ tamen mancipatio solebat ante Præsidem  
fieri, modo ante curiam facienda est, ybi quinque testes  
Ciues Romani in presenti erunt, & pro illo, qui Libri-  
pens appellatur, id est stateram tenens, & qui Antestatus  
appellatur, alij duo, vt septem testium numerus implea-  
tur. tamen quum tertio mancipatus fuerit filius à patre  
naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pa-  
ter, vt ei à fiduciario patre remancipetur, & à naturali  
patre manumittatur: vt si filius ille mortuuus fuerit, ei in  
hereditate naturalis pater, non fiduciarius, succedat.  
Foeminæ, vel nepotes masculi ex filio vna emancipatio-  
ne de patris, vel aui exeunt potestate, & sui iuris effi-  
ciuntur. Et hi ipsi quamlibet vna mancipatione de pa-  
tris, vel aui potestate exeant, nisi à patre remancipi-  
fuerint, & à naturali patre manumissi, succedere eis na-  
turalis

## Institutionum Caij

missio, & liberatio. & quamvis filios manumittere sepe legitur in iure nostro, & Titulus est, Si à parente quis manumissus sit; tamen discriminis gratia manumissionem propriam seruorum, emancipationem liberorum dicimus, l.i. §. i.D. Quando act. de pecu.ann. Ficte igitur filius uendebatur, ficte in seruirutem redigebatur, ex qua manumitti uidetur. neque enim is, qui seruus non esset, aliter quam ficte uendi poterat. Unde quum ob saevitiam coegerit Antoninus dominos ad seruorum uenditionem, l.2. de His, qui sunt sui, uel aliu. Trajanus filium, quem pater male contra pietatem adsciebat, coegit emancipare, l.ult.D. Si à par. quis man. sit.

HOC EST CERTVM PATREM Sic naturalem patrem suprà vocavit titu. anteced. De certi patris potestate discedit.

QVI FIDUCIARIUS NOMINATVR] Boetius in 4. Commen. in Top. Cic. Fiduciam verò accipit, cuicunque res aliqua mancipatur, ut eam mancipanti remancipet. velut si quis tempus dubium timens amico potentiori fundum mancipet, ut ei quum tempus, quod suspectum est præterierit, reddat. hæc mancipatio fiduciaria nominatur, idcirco quod restituendi fides interponitur. Luius lib.2. de Corin tho loquens: Nabidi eam tyranno uelut fiduciariam dare optimum uisum, ut victori sibi restitueret. Ex quibus apparet, quare Pater hic fiduciarius nuncupetur. Sicque heres fiduciarius vocabatur, qui hereditatem emebat in testamento per as, & libram, ut restitueret heredi, quem testator in tabulis scripsisset, de quo Ulpian. & Theoph. propterea quæ fideicommissarius heres fiduciarius dicitur, l. Seius, 46.l. si postulante. 67. in si. ad Trebell.

HOC SECUNDO, ET TERTIO FIT] Singula verò emancipationes vel iisdem, vel alijs testibus fieri possunt, uel eodem die, uel intermisso tempore, ut tradit Paulus Sentent. lib.2. titu. 25. Hinc agnoscere licet, quanti foret Romanorum patria potestas, ut unica manumissio satis non uideretur, idque ex lege 12.tabularum, cuius verba ab Ulpiano referuntur in fragment. titu. 10. quum ait; Sed filius quidem ter mancipatus, ter manumissus sui iuris sit. id enim lex duodecim tabularum iubet his uerbis, SI PATER FILIVM TER VENVM DEDIT, FILIVS A PATRE LIBER ESTO. quam legem ex Romuli instituto translatam esse in 12. tabulas patet

## Liber Primus.

31

patet ex Dionys. qui libro 2. sive scribit: Neque verò hac licentia contentus Romulus potestatem etiam filiotum veden dorum patribus usque ad tertiam auctionem concessit. quæ potestas multo maior est, quam domini in seruum, nam seruus à domino uenundatus recepta libertate liber est, filius iterum, atque iterum in potestatem patris reuertitur. post tertiam verò venditionem, si se in libertatem vindicarit, è potestate patris egreditur. Sed de veris, seruisq; venditionibus intelligit Dionysius, non de fictis, & imaginariis cui tamen nescio, an facile fides adhibenda. potuit enim Græcus homo uerba legis de ueris uenditionibus capere, non de fictis nam & si patribus licebat filios interficere, tamen uendere non licuisse, testatur Constantinus Imper. his uerbis: Libertati à maioribus tantum impensum est, ut patribus, quibus ius uitæ in liberos, necisque potestas olim erat permissa, libertatem eripere non liceret. que sunt in l. vlt. C. de Patr. Potest. crudelius enim, & indignius Romanis uisum est, si liberi homines, & ciues servitutem seruirent, quam si mortem oppeterent. ideo inquit Tullius in Orat. pro domo sua: Ius à maioribus nostris, qui non ficte, & fallaciter populares, sed verè & sapienter fuerunt, ita comparatum est, vt ciuis Rom. libertatem nemo posset inuitus amittere. Et idem pro Cecina: Si pater uendidit eum, quem in suam potestatem suscepérat, ex potestate dimittit. Sanè enim de ficta uenditione intelligit. Nam quod patri liceret filium noxae dedere, §. vlt. Inst. de Noxa. act. hoc non ex mero patris arbitrio, sed ex filio, quoque peruenicbat, qui facto suo libertatem sibi abiudicauit. Sed ualde scrupulum iniicit, quod eodem libro 2. tradit Dionys. ex Nume Pompili legibus: ut si pater filio uxorem ducre permisisset, que ei sacrorum, pecuniarumque socia ex legib. fieret, non amplius filium vendendi ius habere. Nisi & hic de Emancipationibus intelligendum est: nam si filium emancipasset, is propria sacra sibi constituisse, utpote qui à sacris paternis dimitti, atq; absoluī dicebatur, l. quidam, 3 l.C. de Fideic. l. i. §. vlt. C. de Ann. excep. cuiusque enim familię priuata sacra erant, ut ostendit Cic. 2. de legib. eius autem uxor, que in manum conuenerat, non ideo ex sacris saceri sui absoluta esset, in cuius potestate erat, Ulpia. in fragm. tit. 22. §. sui heredes. neque enim poterat in mariti potestate fuisse, qui enim sub alterius potestate est, alium habere in potestate non potest,

Qui seruum manumittit, patronus efficitur, noscaturque ad hereditatem, ideoque ad tutelam, quae omnia in Fiduciario patre erant, qui Fiduciarius tutor dicebatur teste Vlp. in frag. ti. 11. S. qui liberum, sed contracta fiducia is tertio non manumittebat, sed patrinaturali remancipabat, qui manumittens quasi patronus filio olim suo efficiebatur, herejque futurus erat. atque ob eam rem in Tertulliano matrem superabat, quod auo tamen, & proauro non concedebatur, l. 2. S. sed neque auis. ad S.C. Tertull. existimo autem hanc remancipationem ex prudentium cautionibus ortam.

**F O E M I N A E , V E L N E P O T E S M A S C U L I E X F I L I O V N A E E M A N C I P A T I O N E , &c.]** Ut in adoptionibus unica mancipatio in filiabus, & nepotibus, ceterisque liberi sunt erat, l. vlt. C. de Adopt. Ita in manumissionibus, ut Vlpianus quoque testatur in fragm. tit. 10. S. 1. quare si post primam, alteramve manumissionem filij testamentum sit conditum a patre, isque praecestitus sit, quoniam reuertitur in patriam potestatem, testamentum adgnatione rumpitur, teste eod. Vlpia. in fragm. tit. 23. S. adgnascitur. At filia, quam emancipatur, uel nepos, ceterisque, quia una emancipatione excunt de potestate, testamentum non rumpunt, lucrum, 8. de Inius. rup. & irr. fa. test.

**N I S I F I D U C I A R I V S ]** hoc est. Sed tantum fiduciarius. Sed ut adoptionum, sic emancipationum solemnies illas observationes abstulit Iustinianus, l. vlt. C. de Emanc. liber. ubi rhapsiata nominat, ut etiam in Non. 81. quibus utebantur quoque in manumissionibus seruorum, ut discimus ex Isidoro libro 9. Etymolog. & Inuenal. Sat. 5. ex Claudiano lib. 4. de Conf. Honor.

## C A I V S.

**L**iberum arbitrium est ei, qui filium, & ex eo nepotem in potestate habebit, filium quidem potestate demittere, nepotem vero in potestate retinere; uel ex diuerso filium quidem in potestate retinere, nepotem vero manumittere; vel omnes sui iuris efficere. eadem & de proneote dicta esse intelligemus.

## Institutionum Caij

poteſt, l. ſic eneniet, 21. ad leg. Jul. de Adule, quia igitur cum marito cohabitare debuerat, nec poterat ſacra, in quibus erat, deferrere, ſtauit Numa, ne tunc filius emanciparetur. Sed hec fortaffe nimis ſubtiliter diſputata quibusdam uidebuntur, quare adhuc bareo. Sanè conſtat, poſt leges 12. tabul. patres ius habuiſſe filios occidendi, vt de Torquato, de que aliis notum eſt; de uenitioſis filiis exemplum nullum extat: niſi ſi forte quis propter nimiam paupertatem, egeſta temque uictus cauſa filium ſanguinolentum uendiderit, l. 2. C. de Patr. qui fil. ſu. diſſ. Sanguinolentos autem uocant aptiblaſtvs, hoc eſt recens natos, & ſanguine uteri materni adhuc perfuſos, ut docti viui notarunt, quaſi hi nondum perfecte homines ſint, nec de eorum vita plenius ſperetur.

**M O D O A N T E C U R I A M F A C I E N D A E S T ]** Quoniam tempore Gotthorum. Anianus enim eſt, qui loquitur, quod & Alciatus animaduertit lib. 2. Parerg. cap. 26. nam & adoptiones ijs temporibus ante Curiam ſiebant, ut idem Anianus testatur ad l. 2. C. Theod. de legit. hered.

**E T Q V I A N T E S T A T U S A P P E L L A T U R ]** Valde erraſe mihi viſus eſt Ant. Auguſtinus, qui in explanatione legum 12. tabul. cap. 52. Antestatum hic interpretatur eum, cuius aures uellebant, quim potius is ſit, qui aliorum aures uellebat. nam ſi Antestari nihil aliud eſt, quād teſtes uocare, ſeu admonere, ut teſtes ſint, ijs autem aures attingebantur, & recordarentur, ſe teſtes eſſe, ut idem declarat, ſequitur dicendum, non Antestato aurem eſſe rulſam, ſed ipſum alijs, nempe teſtibus rulſiſſe. Paſſuum enim uerbum non eſt antestari, ut eo ſignificetur, teſtes uocari, ſed uocare: unde Antestatus non qui uocatus, ſed qui uocauit teſtes, dicendus eſt. quo errore & Turneb. lapsus eſt lib. 29. Adu. cap. 14. Neque vero magis Cuiacio affeſtior, qui lib. 7. Obſeru. cap. 16. credit Antestatum hunc eundem eſſe cum Fiduciario patre. nam Caius, aut certe Anianus id aliquo modo ſignificaſet. quis enim non uideat, ex contextu orationis Fiduciarium patrem, & Antestatum diuerſas eſſe perſonās? Tuto igitur, aliquem fuiſſe, qui in ea ſolemnitate hoc ageret, ut quinque teſtes conuocaret, deinde cum libripende huic actui interefſet. De Antestatione etiam Ful. Ursinus in notis ad leg. 12. tabul. Lilius Gyrald. Dialog. 9. Budens in poſter. adnot. ad Pand. Alciat. lib. 2. parerg. cap. 20.

**Y T S I F I L I O S I L L E M O R T U U S F U E R I T , &c. ]**

Qui

## Institutionum Caij

**I**nuenitur hoc fragmentum in l. 28. D. de Adop. & em. Et filios, & nepotes, & deinceps pater habet in potestatem, nec alter ab altero pendet, ut uno emancipato, & alter emancipatus intelligatur. quare aut filium tantum potest emancipare, aut nepotem tantum, aut omnes. quod si filium emancipauerit, dum nepos apud hostes est, isque postliminio reuersus sit, auum sequetur non patrem, etiam si in eius potestate vere nunquam fuerit, ut si pater adrogatus, & emancipatus sit, l. 1. s. sed si quis. De su. & leg. here. l. si me, 13. de Capt. & posil. reu. Quid si filium emancipet, cuius vxor prægnans sit? & constat, nepotem, qui nascetur, in aui, non in patris potestatem futurum, S. vlt. Inst. hoc tis. in his enim casibus tempus conceptionis spectatur, l. emancipatum, §. 1. de Senator. Hac Anianus ita contraxit.

## E P I T O M E .

Lib. i. tit. 6. **Q** uod si habeat quis filium, & ex eo nepotes, & uoluerit filium emancipare, & nepotes in sua potestate retinere, in arbitrio eius est: aut si uoluerit nepotes emancipare, & filium in sua potestate retinere, & hoc ei pro iuris ordine licere manifestum est. Quod non solum de nepotibus, sed & de pronepotibus similiter facere potest.

## De Tutelis.

## Cap. X.

## E P I T O M E .

Lib. i. tit. 7. **V**T O R E S aut legitimi sunt, aut testamentarij. Legitimi sunt, qui pupillo per virilem sexum propinquitate coniunguntur; & qui proximior fuerit de adgnatis, ad ipsum legitima tutela pertinet; quia is, qui proximus fuerit ad tutelam, ipse proximus est ad hereditatem.

Hic

## Liber Primus.

33

**H**ic fit transitus ad aliam diuisionem personarum, nam ex his personis, que in potestate non sunt, quedam uel in tutela sunt, uel in curatione, quedam neutrō iure tenentur, in princip. Inst. hoc tis. In tutela sunt masculi impuberes, hoc est minorē 14. annis, feminē 12. hodie, nam olim farnia exant. perpetua tutela, vt tradit Ulpian. in fragm. titu. I. L. Est autem tutela, vt Seruīus definiuit, vis, ac potestas in capite libero ad tuendum eum, qui per aetatem ipse se defendere nequit, iure ciuili data, ac permitta, leg. 1. hoc tis. Summa vero Tutorum diuisione ea esse potest, quod Tutores aut legitimi sunt, aut Datiui. Rūsum ex legitimis quidam sunt, qui vero legitimi sunt, quidam quasi legitimi, quidam ad instar quasi legitimorum, quidam fiduciarij. Verē legitimi sunt hi, de quibus hic mentio habetur. proximi enim adgnati, qui ad pupilli hereditatem uocantur, ex lege 12. tabul. tutores sunt legitimi, l. 1. de legit. tutor. Quasi legitimi tutores sunt Patroni suorum libertorum, neque enim nominatim in ea lege de hac tutela canetur, sed per interpretationem inducta est, nam lex uocat patronos ad successionem libertorum, sicut adgnatos ad successionem pupillorum. & quoniam hac ratione adgnati tutores sunt, ita interpretatione factum, vt & patroni tutores sunt per consequentias hereditatum, quæ ex ipsa lege ijs date sunt, l. 3. in princ. de legit. hered. Tutores ad instar quasi legitimorum sunt patres filiorum emancipatorum, quæ tutela exemplo patronorum recepta est, ac ut patronorum legitima tutela dicitur, sic hec quoque minus propriè certe, quum nec ex lege, nec ex interpretatione legis id nomen erui possit, patronus enim legitimus dictus est per consequentiam hereditatis, ad quam ipsa lege vocatur, quamvis verbis legis tutor non constitutus. ut patre emancipante que tutor constituitur, neque ad hereditatem à lege uocatur: sed utrumque prudentium interpretatione inductum est, quia ut patronus seruum, ita pater filium manumittit, hunc itaque vicem legitimi tutoris sustinere aut Ulpian. in d. l. 3. in fi. Fiduciarius tutor eratis, qui in antiqua illa filiorum emancipatione Fiduciarius pater appellabatur: nam quum filium emisset, terque manumisisset, tutor eius efficiebatur ad similitudinem patroni, & nihilominus dicebatur tutor fiduciarius, teste Ulpiano in fragm. titu. I. S. qui liberum. Postea inductum fuit, ut post tertiam uenditionem remancipatum filium

Hier. Ale. Commen.

E pater

uile, l. vlt. S. I. de Grad. & adfin. S. vlt. Inst. de leg. adgn. ext. proinde eo, tanquam notiori nomine adgnationem declarat. Sed non semper, qui per patrem coniunguntur, adgnati sunt, ut unus ex paternis proavis, nempe qui ante meo paternae pater est: is enim mihi per patrem coniungitur, at quia patri meo adgnatus non est, nec mihi adgnatus est: Adgnati ergo sunt, qui per virilem sexum coniunguntur, & gentiles sunt, hoc est ex eadem domo, & gente prodiit, ex eadem familia, quique omnes uno nomine appellantur, l. pronuntiatio, S. communis de verb. sig. uide li. 2. cap. vlt.

**VELVTI FRATER]** Si emancipatus non sit, tunc enim adgnationis ius amittit, quamvis gentilitatem uidetur retinere: neque enim nomen familia mutat, ut si L. Titius pater C. Titium filium emancipauerit, is emancipatus Titius nihilominus uocabitur, sicque gentis nomen retinet. Alius est si in adoptionem datus sit; intelligo autem de Adoptione ante Justinianum: Suis ergo, & emancipatus adgnati non sunt, sed nec fratres iure ciuili sunt. & maior solutio est emancipatio, quam mors: vt ecce; si filium naturalem emancipauero, & alium adoptauero, ij fratres non sunt: si filio meo mortuo Titium adoptauero, is defuncti frater fuisse uideatur, l. 5. D. de Grad. & adfin.

**EODEM P.ATRE N.ATVS]** qui consanguineus dicitur l. I. ad fin. de suis, & leg. here. & germanus, S. nos vero, & S. seq. Inst. de legit. adgn. success. nec interest eandem matrem habeant, an diueras, l. vlt. S. I. de Grad. & adfin.

### E P I T O M E.

**T**estamentarij sunt, quos patres, aut avi paterni Lib. j. in testamento suo tutores filijs, aut nepotibus tit. 7. delegauerint. Quod si nec testamentarius tutor fuerit, nec legitimus, tunc inquisitione iudicis pupillis tutores dantur.

**A**D datiuos tutores transit. Datuii tutores sunt, aut testamentarij, aut Attiliani, & Iuliani: at hi posteriores

### Institutionum Cal

pater naturalis manumitteret, ut ipse heres esset, ut supra dictavimus, sive tunc eius efficiebatur pariter fiduciarius, ut idem Vspianus ait. quia tamen is vere pater erat, fiduciary tutoris nomen absurdè quodammodo uidebatur retinere, ideo ipse etiam legitimus dictus est, vt & ad legitimam filij successionem uocari dicitur in S. ult. Inst. de legit. adgn. success. Illud autem nomen fiduciarij tutoris post mortem suam ad filium in potestate retentum transmittit: is enim Fiduciarius tutor efficitur eius, cuius pater legitimus tutor dicebatur, l. 4. de legit. tut. titu. Inst. de Fiduc. tut. quoniam ad fratribus bona admittitur, ut patroni filius ad successionem liberti: Sunt & alij legitimi tutores ex Anastasiana constitutione, nempe fratres emancipati fratrum in potestate retentorum, nam quum eos ad legitimam horum successionem uocarit, æquum fuit, ut & tutores faceret, l. 4. C. de legit. tut. antea ipso iure nec tutores erant, nec heredes, ut qui capituli minutiōne adgnati esse desīsset: pari quoque ratione filij fratrum emancipatorum legitimū tutores erunt patruorum, qui ē patris potestate non exierant, quum & hi ad eorum hereditatem, & tutelam à Iustiniano admittantur, l. vltim. S. penul. C. de legit. hered.

### C A I V S.

„ **S**VNT autem adgnati, qui per virilis sexus personas cognitione iuncti sunt, quasi à patre cognati: veluti frater eodem patre natus, fratribus filius, neposvè ex eo; item patruus, & patrui filius, neposvè ex eo.

**S**Umisimus hac ex l. 7. D. de legit. tut. quæ omnia Anianus sat is habuit complecti ijs uerbis: quæ pupillo per virilem sexum propinquitate coniunguntur. Alciatus lib. 3. parerg. cap. pen. Adgnatos putat dictos, quod adgnati sint, hoc est iuxta nos nati, ut Plinius adnata membra uocat, quæ propè alia suboruntur, ut digitii sunt.

**Q U A S I A P A T R E C O G N A T I**] quasi per patrem nobis coniuncti. Cognatio nomen est naturale, adgnatio ciuile<sup>2</sup>

## Institutionum Caij

proprie datui dicuntur, quamvis etiam testamentarij recte eo nomine appellentur, Ulpian. in fragmen. reg. titu. ii. S. testamento quoque. Legitimi autem nunquam datui appellantur, nam legitimos tutores nemo dat, sed lex duodecim tabularum fecit tutores, l. 5. de legit. tut.

**TESTAMENTARIJ**] Sive patres familias sint, sive filii famil. sive servi testatoris dati cum libertate ante Iustinianum, post Iustinianum etiam sine libertate, quoniam tamen data intelligatur. quae omnia in eiusdem Institutionibus videre est.

**NEPOTIBVS**] Si pater eorum mortuus sit, aut emancipatus, tunc enim nepotes sui heredes sunt, & hereditas, S. i. de Testam. tut.

**DELEGATORI**] Non impropre delegare tutores Anianus dixit. Sancte delegare est alium pro se substituere, quod facit pater qui dat tutorem se deceidente: utique enim & tutela potestas est. præterea à legandi verbo hoc deducitur, quo omnis testatoris ordinatio significatur, ut heredis institutio, legatorum, & libertatum dato, tutoris quoque constitutio, l. verbis, de verb. sig. fuit lex duodecim; UTI LEGASSIT SUPER PECVNIA, TUTELA QVE SVAE REI, ITA IUS ESTO. Vlpi. in frag. tit. ii. l. sape, 5. 3. de verb. sig.

**INQVISITIONE IVDICIS**] nullo existente tute, aut testamentario, aut legitimo, aut Fiduciario, tunc tutor pupillo datur ex inquisitione in Urbe à Praetore urbano, & maiori parte Tribunorum plumbis ex lege Attia:

lia: In prouincijs à praesidi bus  
prouinciarum ex lege  
Julia, & Ti-

tia,

Vlpi. in fragmen. tit. ii. Iustinian. in Institut. tit. de  
Attia. Hac tamen Iustinianus

postea mutauit.

aut in aliis locis.



De

## Liber Primus.

35

## De Curationibus. Cap. XI.

### E P I T O M E.



**R A C T I S** pupillaribus annis, qui Lib. j. bus tutores absoluuntur, ad curatores ratione minorum incipit pertinere. Sub curatore sunt minores aetate, maiores euersores, insani. Hi, qui minores sunt, usque ad viginti & quinque annos completos sub curatore sunt. Qui vero euersores, aut insani sunt, omni tempore vitae suae sub curatore esse iubentur; quia substantiam suam rationabiliter gubernare non possunt.

**PUPILLARIBUS ANNIS**] In masculis quatuordecim, in feminiis duodecim. vide sup. cap. 9. & lib. ii. cap. 6.

**INCIPIT PERTINERE**] Si adolescentibus libuerit inuiti enim curatores non accipiunt, praeterquam in litem, S. 2. Inst. hoc tit. atque hi honorarii curatores appellantur, quoniam a praetore constituantur, Ulpia. in fragm. tit. 12.

**MAIORES EVERSORES**] Euersores vocat prodigos. Hi vero aut maiores sunt, aut minores xxv. annis, curatorem accipiunt vel inuiti: nam aliquis eligendus est, qui eos consilio regat, & bona administrat. nam prodigo per Praetorem bonis interdicitur: cuius rei ea formula est: QUANDO TV TVA BONA PATERNA, AVITAQVE NEQUITIA TVA DISPERDIS, LIBEROSQUE TVOS AD EGESTATEM PERDV CIS, OB ECCE REM TIBI ET RE, COMMERCIOQUE INTERDICO. quam habet Paulus Sen. lib. 3. tit. 4. Atque ob eam causam filius quoque patri prodigo curator esse potest, l. his qui, 12. de Tut. & curat. dat. ab his, &c. quod si filius non sit, adgnati curatores erunt ex lege 12. tab. qui propter ea legitiimi dicuntur, Vlpi. in fragm. tit. 12.

**INSANI**] Furiosis nominatim lex duodecim tabul. Curatores Hicrony. Aleand. Comm.

E 3 res

## Institutionum Caij

res statuit adgnatos, quorum exemplo, & prodigorum curatio inuenita est, l. 1. de Curat furio. &c. Primo igitur ad filios patris, matris & furiosa curatio pertinet, d. l. 1. & l. 4. Diabolus & quatuor generaliter curatores ad bona potius, & ad res, quād ad personas dentur, tamē huiuscēdē curatoris consilio, & opera tueri, debet non solum patrimonium, sed & corpus ac salus furiosi, l. 7. eod. tit. nam & verbis duodecim tabularum comprehenditur, que sunt: **S I F V R I O S V S EXISTAT, ADGNATORVM, GENTILIV MOVE IN EO, PEČUNIA QUĒ REIUS POTEST AS ESTO.** que habentur apud Cic. lib. 2 de Invent. & in Rhetor. ad Heren. li. 1. propterea quād tutela vocatur ab Horatio lib. 2. Scim. Sat. 5.

interdicto huic omne adjiciuntur

Prætor, & ad sanos abeat tutela propinquos.

At quum legitimus ille curator inhabilis ad eam rem uidetur, Prætor alij dat administrationem, l. sepe. l. 3. eod. tit.

**OMNI TEMPORE VIT AE SVAE]** Si semper in eo statim permanerint; alioquin tandem erunt ambo in curatione; quandiu uel furiosus sanitatem, uel prodigis sanos mores repperit, d. l. 1. de Curat. furio. &c. Dantur etiam curatores ex editio Pratoris fatuis, mutis, surdis, debilibus, & qui negotijs suis aliquo perpetuo morbo supereesse non possunt, l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. de Postul.

36

## CAII INSTITUTIONVM LIBER SECUNDVS,

C V M  
HIERONYMI ALEANDRI  
COMMENTARIO.

De Rerum diuisione, & qualitate.

Cap. I.

C A I V S.

**V M M A** rerum diuisione in duos articulos deducitur .nam aliæ sunt diuini iuris, aliæ humani. Diuini iuris sunt ueluti res sacræ, & religio sive Sanctæ quoque rēs, ueluti mūri, & portæ, quodammodo diuini iuris sunt. Quod autem diuini iuris est, id nullius in bonis est. id vero quod humani iuris est, plerunque alicuius in bonis est: potest autem & nullius in bonis esse. nam res hereditariæ, antequām ali-

E 4 quis

CAII

Institutionum Caij

„ quis heres existat, nullius in bonis sunt. Hæ autem res,  
„ quæ humani iuris sunt, aut publicæ sunt, aut priuatæ.  
„ Quæ publicæ sunt, nullius in bonis esse creduntur: ip-  
„ sius enim vniuersitatis esse creduntur. Priuate autem  
„ sunt, quæ singulorum sunt.

**P**ostquam primo libro abundè tractauit de personis, earum  
que statu, & qualitate, hoc libro ad res accedit, earumque  
adquisitiones. Sumtum est autem hoc fragmentum ex l. 1.  
D. hoc tit.

**S V M M A ]** Prima, maxima, ut etiam lib. 1. dixit: Summa  
itaque de iure personarum diuisio, &c.

**R E S S A C R A E ]** Gallus Aelius ait, sacrum esse quo-  
cunque modo, atque instituto ciuitatis consecratum sit, si-  
ue ædis, siue ara, siue signum, siue locus, siue pecunia, siue  
quid aliud, quod D. is dedicatum, atque consecratum sit.  
Quod autem priuati suæ religionis cauſa aliquid earum re-  
rum Deo dicent, id Pontifices Rom. non existimare sa-  
crum. at si qua sacra priuata suscepta sunt, quæ ex instituto  
Pontificum statu die, aut certo loco facienda sunt, ea sa-  
cra appellari, tanquam sacrificium. Ille locus ubi ea sacra  
priuata facienda sunt, vix videtur sacer esse. Hæc Festus. Ho-  
die quoque non solent Episcopi consecrare templa, seu facella, quæ in  
priuatis edibus sunt. Sacra igitur res sunt, quæ publicè consecra-  
tae sunt, non priuatae, l. 6. D. hoc tit. à Pontificibus, siue etiam ab Im-  
peratoribus, qui pontificiam sumebant auctoritatem, l. 9. hoc titu-  
ideo tā ipsi consulebantur, quam collegium Pontificum: ut Plinius  
fecit lib. 10. epist. 73. quam auctoritatem desierunt sumere Impera-  
tores, qui Christiani effecti sunt, ut ex marmoribus inscriptis, &  
numismatibus uidere est. Quæ igitur facta sacra sunt, non facile sa-  
cra esse desinunt, quare diruta a de sacra, locus sacer manet, d. l. 6. l.  
Aede, 73. de contrah. emt. & ita Traianus Plinio respondet lib. 10.  
epist. 76. at quā loca capta sunt ab hostibus, sacra esse desinunt;  
sed liberata, quasi quodam postliminio reuersa pristino statui resti-  
tuuntur, l. 36. de Relig. & Sum. fun.

**R E L I G I O S A E ]** Quod religiosum est, id & sanctum eſc oportet; ita enim definivit Massurius Sabinus: Religiosum est, quod  
pro-

Libēr Secundūs.

37

propter sanctitatem aliquam remotum; ac depositum à  
nobis est, uerbum à relinquendo dictum, tanquam cere-  
monię à carendo: vt est apud Agell. lib. 4. cap. 9. & M. Tullius  
lib. 4. de Repub. sepulturam; quæ religiosa est, sanctam significat his  
uerbis, quæ apud Nonum sunt: Eosdem terminos hominum  
euræ, atque uitæ sic Pontificio iure sanctitudo sepulturæ:  
idem Philippica 9. Sepulchorum autem sanctitas in ipso so-  
lo est, quod nulla ui moueri, atque deleri potest, atque ut  
cætera extinguntur, sic sepulchra fiunt sanctiora vetusta-  
te. Religiosus autem locus non publicas ceremonias requirit, sed re-  
ligiosum unusquisque sua uoluntate facit; dum mortuum infert in  
locum suum, d. l. 6. hoc tit. nihil autem refert, liberi hominis, an ser-  
ui corpus sit, l. 2. de Relig. & sum. fun. at non totus, qui sepulchra de-  
finiatus est locus, religiosus fit, sed quatenus corpus humatum est,  
d. l. 2. §. Celsus. Credo omnibus notum esse, iure 12. tabul. non licuisse  
intra urbem humare quemquam, ut Cicero testatur lib. 2. de legibus.  
quod ab Hadriano confirmatum est, l. 3. §. Diinus, de sepul. uiol. & ab  
temp. Diocletiano, & Maxim. l. mortuorum, C. de Reli. & sum. fun.  
Id tamen abrogauit Leo Imper. Nouella const. 53. statuens, ut tam  
intra urbem, quam extra licet sepelire. postea constitutum est, ut  
in atrijs, porticibus, & exhedris sacrarum aediarum sepelirentur, 13.  
quæst. 2. c. Præcipiendum. demum receptum, ut & intra Ecclesiam,  
c. nullus, cod. l. loco.

**S A N C T . A E Q U O Q V E R E S ]** Propriè dicimus sancta, quæ  
neque sacra, neque profana sunt, sed sanctione quadam confirmata;  
ut leges sanctæ sunt, sanctione enim quadam sunt subnixaæ. quod enim  
sanctione quadam subnixum est, id sanctum est, & si Deo non sit co-  
securatum, l. 9. D. hoc titu. quod ergo sanctum est, id non propterea aut  
religiosum est, aut sacrum, at quod religiosum est, & sanctum est;  
Macrobi lib. 3. Satur. cap. 3. Sanctum est, ut idem Trebatius li.  
x. religionum refert, interdum idem, quod sacrum, idemq.  
quod religiosum: interdum aliud, hoc est, nec sacrum, nec  
religiosum. Fest. Pompeius lib. 17. Si quidem quod sacrū est,  
idem lege, aut instituto majorum sanctum esse putant, ut  
uiolari id sine poena non possit. idem religiosum quoque  
esse, quoniam sit aliquid, quod ibi homini facere non li-  
ceat, quod si faciat, aduersus deorum uoluntatem uideat-  
tur facere. Sanctare est confirmare, & adprobare: quare beatos illos  
uiros,

**VNIVERSITATIS E S S E C R E V N T V R ]** Quædam etiam publica sunt, quæ uniuersitatis non sunt, t. quod in littore, l. 4. de Adqui, ref. dom. ut aer, mare, littus maris: sed hæc communia dicuntur, l. 2. hoc tit. *Institu. Caij*

**QVAE SINGULORVM SVNT] Priuos, priuasque antiqui dicebant pro singulis. Ob quæm caussam & priuata dicuntur, que vniuersusque sint. hinc & priuilegium, &c. Hac Festus, cui Nonius duobus locis adstipulatur, adductis testimonij ex Lucillo, & Lucretio.**

## EPITOME.

**CALVS** superiori commentario de iure persona- Lib. 2 rum aliqua disputauit. Nunc in hoc commenta- tit. 1.rio de rebus iterum tractat. Omnes itaque res aut nostri iuris sunt, aut diuini, aut publici. Nostri iuris sunt quæ in proprietate nostra esse noscuntur. Diuini iuris sunt Ecclesiæ, id est templa Dei, vel ea patrimonia, ac substatiæ, quæ ad ecclesiastica iura pertinent. Publici iuris sunt muri, foræ, portæ, theatra, circus, arena, quæ Antiqui sanccta appellauerunt, pro eo quod ex inde tollit aliquid, aut contingi non licet: sed hec omnia in nullius bonis sunt, ideo publici iuris esse dicuntur. Sed & res hereditariae, antequam aliquis heres existat, id est quando dubitatur, utrum scriptus, an legitimus heres succedere debeat, in nullius bonis esse evidenter.

**COMMENTARIO]** Commentarij quodque dicebantur libri ei- *Institutionum Caij*, ut etiam apparet ex prefatione Justiniani in suas *Institutiones*, & Boetij in *Topic. Tullianis*.

**ITERVM**) Non est depon, sed επιδειπον, secundo loco duplique enim significacione accipitur, l. 7. §. hæc vox, de Eden, at positum videatur minus propriæ, tunc enim utimur, quum dicimus, primo, iterum, tertio.

**AVT NOSTRI IURIS SVNT, &c.]** Aliam divisionem rerum

## Institutionum Caij

uiros, quos ex pio veterum institutis, post mortem edidimus, non ante Sanctos vocamus, quam à Summi Pontificis adprobatione inter celites relati sint, quod canonizare dicimus.

**VELUTI MURI]** Siquis violauerit muros, capite puniatur, sicuti si quis transcendet scalis admotis, vel alia qualibet ratione, nam ob cam rem, & Remus occisus est, l. vlt. D. h. c. tit. & non tantum urbis Romæ, sed & municipiorum sancti sunt muri, d. l. 9. in fine hoc tit. quo iure Gualli, & muri castrorum censemur, l. 3. ad fin. de Re milit.

**ET PORTÆ]** Plutarchus in Romaicis parum uidetur percipisse differentiam inter sacrum, & sanctum: scribit enim muros ipsi esse portas non item, quod per has iaduera efferantur, ali. c. q; res impurae, at, ut vidimus, nec muri sacri sunt, sed tantummodo sancti ob panam in violatores sanctitatem, quod & de portis statutum est, l. 2. & 3. D. Nequid in loco sa. si. ideo sanctæ recte dicuntur.

**QUODAMmodo DIVINI IURIS SVNT]** Sacra Dij. superis, & maioribus, Religiosa Dij. Manibus dedicata erant. ideo ea proprie diuina dicuntur. Sancta minus proprie, quoniam nullis Dij. dicata erant. Sed quia ciuitates Deos habebant tutelares, ut tradit Tertullianus aduers. gent. & alij, quorum custodie porta, & mania commendata fuerant, ideo diuini iuris quodammodo dici possunt. Stephanus Græcus interpres Basilic. lib. 46. tit. 3. ait, portas & mania ideo dici diuini iuris esse, quia munient nos, & efficiunt, ut in tutto simus. At uidentur etiam dedicari consueuisse, ut appareat ex inscriptione veteri Verone: COLONIA AVGVSTA VERO-NA, NOVA GALLENIANA, VALERIANO II. ET LVCILLO COSS. MVRI VERONENSIVM FABRICATI EX DIE III. NONARVM APRILIVM, DE-DICATI PRID. NON. DECembris, &c.

**ID. NULLIUS IN BONIS EST]** nec ullius fieri potest, ut nec profanares, quæ publici iuris sit, uidendum Accursius.

**NULLIUS IN BONIS ESSE CREDUNTUR]** Ideo que nec seruus communis ciuitatis singulorum pro parte intelligitur, sed uniuersitatis, & ideo tam contra ciuem, quam pro eo posse seruum ciuitatis torqueri; Diuini fratres rescripserunt. ideo & libertus ciuitatis non habet necesse ueniam editi petere, si uocet in ius aliquem ex ciubus, l. 2. D. hoc tit.

## Institutionum Caij

28  
rerum confinxit Anianus: quum tamen illa Caij generalior, & meior sit. Hic autem ut pote Christianus neque muros, portasque ciuitatis diuini iuris esse dicit, neque religiosi loci mentionem habet: nam hodie locus, ubi quis humatus est, (nisi in Ecclesia sit, aut intra porticus, & maceriam Ecclesie) diuini iuris non est.

**ECCLESIAE, ID EST TEMPLA DEI.** Ecclesia nomine propriè collegium, seu conuentio hominum religionis causa intelligitur. at hoc nomen pro templis ipsis, in quibus ha conuentiones sunt, Christiani usurpauimus. Hinc Anianus tempora Jurisconsultorum ethnicorum in ecclesias solet convertere. Quare & ad Pauli Senten. li. 5. tit. 19. quum Paulus tempora nominasset, Anianus sic ait; ista, quæ de templo dicta sunt, de ecclesia loqui intelligenda sunt.

**ARENÆ.** Amphitheatrum, ubi ludi committebantur ita nominatur in Aedilitio edito, l. 1. de Aedil. edi. l. 4. de accusat. & alijs locis, sic autem dictum, quia arena sternebatur. qua de re Lipsius de Amphib. cap. 3.

## C A I V S.

„ **S**Quædam præterea res corporales sunt, quædam in corporales. Corporales ha sunt, quæ tangi possunt; „ veluti fundus, homo, uestis, aurum, argentum, & denique aliæ res innumerabiles. Incorporales sunt, quæ tāgi non possunt; qualia sunt ea, quæ in iure consistunt, si- „ cut hereditas, ususfructus, obligationes quoquomodo „ contractæ. Nec ad rem pertinet, quod in hereditate res „ corporales continentur. nam & fructus, qui ex fundo „ percipiuntur, corporales sunt: & id, quod ex aliqua obli- „ gatione nobis debetur, plerunque corporale est, ueluti „ fundus, homo, pecunia. Nam ipsum ius successionis, & „ ipsum ius vtendi fruendi, & ipsum ius obligationis in- „ corporale est. Eodem numero sunt, & iura prædiorum „ urbanorum, & rusticorum; quæ etiam seruitutes vo- „ cantur.

QVÆ.

## Liber Secundus.

39

**Q**UÆDAM PRÆTEREA.] Hanc partitionem rerum corporalium, & incorporalium, Cicero in Topic. facit rerum, quæ sunt, & quæ intelliguntur.

**QVÆ TANGI POSSUNT]** Aristotiles 4. Physic. tradit Philosophos ferè omnes existimasse, corpus esse quidquid tangi potest. unde Lucretius lib. primo;

Tangere enim, & tangi nisi corpus nulla potest res.

**SIC VT HEREDITAS]** Caius noster ita alio loco definit hereditatem: hereditas est successio in uniuersum ius, quod defunctus habuit, l. nihil aliud, de verb. sig Heredes enim iuris uniuersi successores sunt, l. quoties, S. heredes, de hered. inst. l. 37. de adqui. hered. est ergo successio in ius, aut certe ius successionis, l. Bonorum, de Verbo. sign. & hereditatis possessio est magis iuris, quam corporum possessio, l. 3. S. hereditatis, de bonor. posses. nec enim minus intelligitur hereditas, & si nullum subsit corpus, l. hereditas, de petit. hered.

**QVOD IN HEREDITATE RES CORPORALES.** Seneca deridet Jurisconsultorum hanc differentiam hereditatis, & rerum hereditiarum. Sic enim loquitur lib. 6. de Benef. cap. 5. Iurisconsultorum istæ argutæ ineptiæ sunt, qui hereditatem negant usucapi posse, sed ea, quæ in hereditate sunt, tanquam quidquam aliud sit hereditas, quam ea, quæ in hereditate sunt. recte vero negabant Iurisconsulti hereditatem posse usucapi, nam sine possessione usucapi nihil potest, l. sine, de U- suscap. at hereditas non possidetur, quoniam incorporalis res est, l. 3. de adq. pos. l. 43. de adq. rer. dom. quod docet Accur. in l. 1. D. probe rede.

**QVÆ ETIAM SERVITUTES VOCANTVR.]** De quibus inferius in Epitome.

## E P I T O M E.

**P**raetera quædam res corporales sunt, quædam in corporales. Corporales sunt, quæ manu tangi possunt: uelut ager, mancipium, uestis, aurum, argentum, & his similia. Incorporales sunt, quæ tangi non possunt: qualia sunt ea, quæ non in corpore, sed in iure consistunt,

Lib. 2.  
ti. 1.

## Institutionum Caij

stunt, sicut est hereditas, & obligationes diuersis contractibus scriptæ. Et licet hereditas, uel emtio, aut diuersi contractus res corporales in se habeant, ius tamen ipsius hereditatis, uel emtionis, aliorumq; cōtractuum incorporale est. Incorporalia etiam sunt iura prædiorum urbanorum, uel rusticorum.

**DIVERSIS CONTRACTIBUS SCRIPTAE**] forsitan adscriptae. quidam habent: **D E DIVERSIS,** &c. Caius dixit: Obligationes quoquomodo contractæ.

**ALIO RV MQUE CONTRACTVM**) Contractus ovvællaymu est, qui patens est (vt ita dicam) obligationis. Quare quod Caius ait inesse corpora in obligationibus, Anianus id ad contractus adaptat, nam sine contractibus obligationes esse nequeunt. Sed & ex maleficio, & varijs causarum figuris oriuntur obligationes, l.1. de oblig. & acti. qua de re libro tertio.

## E P I T O M E.

**Lib.2 tit.1.** Prædiorum urbanorum iura sunt, stillicidia, fenestræ, cloacæ, altius erigendæ domus aut non erigendæ, & luminum; ut ita quis fabricet, ut uicinæ domui lumen non tollat. Prædiorum uero rusticorum iura sunt uia, uel iter, per quod pecus, aut animalia debent ambulare, uel ad aquam duci, & aquæductus, quæ similiter incorporalia sunt. Hæc iura tamen rusticorum prædiorum seruitutes appellantur.

**S**eruitutes aut personarum sunt, ut vsus, & vsusfructus, aut rerum, ut seruitutes rusticorum prædiorum, & urbanorum, l.1. de seruitut.

**URBANORVM**) Urbana prædia sunt omnia ædificia, etiam si in villa ædificata sint, S.2. Inst. de Seru. rust. & vrb. præd. l.2. D. commun. præd.

Stil-

## Liber Secundus:

40

**STILLICIDIA**] Stillicidium dictum est, quod aqua stillatum cadat, ut ait Varro lib.4. de ling. lat. Credo triplicem esse stillicidij seruitutem immittendi, Recipiendi, Non recipiendi. Immitten di stillicidij seruitus est, ueluti si quis stillicidium, quod utile erat hortis suis, aut cisternæ, iure seruitutis in vicini aream immittat. Recipiendi seruitus est, ueluti si quis patiatur alterius stillicidium in ejus suis, aut aream cadere. Non recipiendi stillicidij est, ueluti si seruitutem habeas immittendi stillicidij, quam ego ex coniunctione tibi cesserò, quia prior ea utilitate, quam cisterna, aut horti mei sentiebant, seruitutem patior non recipiendi stillicidij, ex quo intelligitur S.2. Inst. de Seru. rust. & vrb. præd. quod non percepit Theophilus. Cetera de stillicidio uide in l.19. & 20. de Seru. vrb. præd. & alibi.

**FENESTRAE**) Ut quis patiatur fenestram ab alio in suo pietate aperiri, l.8. C. de Seruit.

**CLOACÆ**) Cloacam habere licere per vicini domum, putauit Neratius seruitutem esse rusticorum prædiorum, ut & altius tollendi, & protectum habendi, l.2. de Seru. rusti. præd. quæ tamen intelligenda sunt de ædificijs in villa constructis, que rustica esse prædia autem uauit Neratius, l.4. D. In quib. ca. pign. &c. ex quo mirare licet osculantiam Tribonianij, qui hanc opinionem in Digestis admisit refragantem ceteris juris consultis, sibiique ipsi, qui aliter in Justiniani Institutionibus scripsit. & credemus, nullam esse in libris iuris antiquis? Cloaca est locus cauis, per quem colluies fluit, l.1. S.1. de Cloac. Romæ plurime erant cloacæ, & tam priuate, quam publice, d.l.2. S. idem Labco. quas Cassiodorus variar. l.3. epist. 30. tantas fuisse refert, ut aliarum ciuitatum possent miracula superare. mira quoque de ijs refert Plinius, lib.36. cap.15.

**ALTIUS ERIGENDAE DOMVS**) Aliqua ex causa esse potest, ut is, qui domum tollit, seruat; veluti si impetrat vicinus, ut is altius tollat, quod antea facere in animo non haberat: tunc enim iure seruitutis semper eam altitudinem seruare cogitur. Alioquin libertas potius est, quam seruitus, quum unicuique liceat in infinitum ejus suas tollere, l. cum eo, l. cuius, de Seru. vrb. præd. l. Proculus 26. de Dam. inf. l. altius. C. de Seruit. in infinitum dixi, dummodo non obstat definitio altitudinis, quæ iure statuta est, ex lege Augusti ad septuaginta pedes, ex Traiani ad sexaginta, qua de re Brisson. select. antiqu. lib. 1. cap. 1.

ET

## Institutionum Caij

**ET LVMINUM, UT ITA QVIS, &c)** fortasse legas :  
**ET LV MINV M;** ET VT ITA QVIS &c, nam alia seruitus est luminum, alia ne luminibus officiatur. Luminum seruitute constituta id adquisitum videtur, ut vicinus lumina nostra expiciat. quum autem seruitus imponitur, ne luminibus officiatur, hoc maxime adepti uidemur, ne ius sit vicino in iuris nobis altius aedificare, atque ita minuere lumina nostrorum aedificiorum, l.3, de Seru. vrb. præd. Sed & aliae sunt seruitutes urbanæ, ut itineris, sine aditus per eges, l. iter, D. Comm. præd. l. 19. §. si domo, de Seru. vrb. præ. Oneris ferendi, l. 32. eo. Tignum immittendi, Proiungiendi, Protegendi, l. 1. eod. tit. Ne prospectui officiatur, l. 14. & 15. eod. & huismodi.

**VIA, VEL ITER, PER QVOD PECUS**) Ignorasse, hoc loco videtur Anianus differentiam itineris, & vie, quam paucis exponemus. Iter ab eundo dictum est, Actus ab agendo, Via avehendo, ut ait Varrone lib. 4. de ling. lat. Iter est ius eundi ambulandi hominis non etiam iumentum agendi, vel vehiculum, l. 1. de Seru. rust. præd. §. 1. Instit. eod. Sanè agere est greges, & armenta antese minare, ut posteriores latini dixerunt, non equitare, non equo vehi potest, etiam qui iter habet, l. inter, eod. tit. nam hoc vitium etiam gestandi gratia, §. furum autem, Instit. de Oblig. quæ ex deli. vehiculis vero est, quod à iumentis trahitur, vel fertur, nam & quibusdam vehiculis in itinere uti possumus, ut Sella gestatoria, & Lectica, l. qui Sella, 7. eod. tit. Hec enim ferentur a seruis, ut ego latè docui in Tractatu de Seruitut. Rusticis. Actus est ius agendi, vel iumentū, vel vehiculum, d. l. 1. l. inter, eod. quo loco uehiculum intelligitur Carruca, carpentum, esedum, Rheda, petoritum, & huismodi; etiā plostrum, si non eo lapides trahantur, d. l. qui Sella. Via vero est ius & eundi, & agendi, & ambulandi, nam & iter, & actum in se continet, d. l. 1. eod. & lapides signaque trahendi, & hastam rectam deferendi, d. l. qui Sella. Via latitudo ex lege 12. tabularum in porcetum octo pedes habet, in anfractum sedecim, l. 8. eod. tit. de Seru. rust. poterat tamen constitui vel latior, vel angustior, l. 2. 3. eod. at Actus latitudo non minor erat, quam quattuor pedum, teste Varrone lib. 4. de lin. lat. Qui iter habet, agere non potest, qui actum habet, ire potest, nam actus iter continere uidetur, non tamen ex proprietate seruitutis, sed ex tacita pacientium conventione, ut & Duarenio uisum est, nam esse etiā potest, ut actus absque itinere sit, l. 4. §. 1. Si seru. vind.

quare

## Lib er Secundus:

41

quare si quis iter petens causâ occiderit, deinde actum petat, non sub mouebitur exceptione rei iudicata, l. si quis iter, de except. rei iud. Aliud iuris uidetur esse in via, nam via & iter continet, & actum, ut diximus.

**VEL CAD AQVAM DUCI**] Respicit fortasse seruitutem pecoris ad aquam ad pulsus, l. 1. §. vlt. de seru. rust. præd. l. 1. §. Trebatius, de Aqua quori. & asti.

**ET AQUAEDUCTVS**] Aqueductus est ius aquam ducendi per fundum alienum, l. 1. §. 3. de Seru. rust. præd. tam innueniendam, aut querendam, quam innuentam, l. Labeo, eo. tit. de Aqueductibus uidēndus Vitruvius lib. 8. cap. 7. & Frontinus. Sunt & seruitutes rusticæ Aqua haustus, ius pascendi, Calcis coquendæ, Arene fodienda, d. l. 1. §. vlt. l. 2. eod. & huismodi.

**HÆC IVRA TANDEM, &c.]** Notant in manuscriptis sic esse: **ET IVRA TANDEM RUSTICORVM, QVAM VRANORVM PRAEDIORVM, &c.** quod probo.

## De Adquirendo rerum dominio.

Cap. II.

E P I T O M E.

**T**EM regulariter constitutum est, vt su- Lib. 2 perposita inferioribus cedant: vt si quis in tit. 1. solo nostro sine nostro permisso dotum aedificauerit ad eum, cuius terra est, dominus aedificata pertineat. Vel si aliquis in agro nostro arbores, aut vineas vel plantas quascumque posuerit, similiter superficies solo cedat. Vel si messem in campo seminauerit, omnia hæc, quæ in terram alienam iactantur, domino terræ adquiruntur. Quod & de chartis, & pergamenis, si in alienis scribat, licet aureis, vel argenteis litteris, similiter eius est scriptura, cuius charta aut pergamenum fuerit. Quod & de tabula, hoc est si aliquis in tabula mea picturam fecerit, obseruatur; quia Hier. Alcan. Comm.

F

statutum

Institutionum Caij

statutum est, ut tabulæ pictura cedat. Quod si quis ex vnius meis vinum, aut spicis frumentum, aut ex oliuſ oleum fecerit, eius vinum, triticum, vel oleum est, cuius spicæ, aut vuæ, aut oliuæ fuerint. Siquis etiam ex tabulis alienis nauem, aut armarium, aut quocunque ad vſum pertinens fecerit, simili ratione eius erunt, quæ facta fuerint, de cuius ligno facta probantur. Similiter etiam si ex lana, vel lino vestimenta fecerit, eius erunt vestimenta, cuius lana, vel linum fuisse probabitur. Sed in his omnibus superius comprehensis quicunque in terra aliena aliquid posuerit, aut ædificauerit, aut horum, quæ dicta sunt aliquid fecerit, illis qui aliena præsumserunt, hoc competit, vt expensas, vel impendia, quæ in ijs fecerint, a dominis, qui rem factam vendicant, recipere possint.

**H**ec caput distinguere commodius existimauit, titulus enim superioris capituli acquisitionem rerū non comprehendit, sed tantum divisionem, & qualitatem. Lapsus est quoque Justinianus, aut potius Tribonianus in Institutionibus: at ibi melius certè connecti uidetur, quum post publicas res ad singulorum deueniatur.

AD EVM, [VIVS TERRA EST] Idem Caius tradidit libro secundo aureorum, l.7. §. ex diuerso. D. hoc tit.

PERTINENSAT] Num ergo amittet ædificator pretium materie, & mercedes fabrorum: distinguendum est: aut scit, qui ædificat, alienum esse solum, aut ignorat: si scit, culpa ei obijci potest, quod temere ædificauit in eo solo, quod intelligeret alienum; ideo & materiam adeo amittit, ut nec diruto ædificio vindicatio eius competit. Si vero ignorat alienum esse, nec dominus soli soluat pretium materie, & mercedes fabrorum: exceptione doli mali repellitur, ut ead. docet Caius.

ARBORES, AUT VINEAS) Si modo radices egerint, d. l.7. §. vlt.

VEL SI MESSEM) l. qua ratione, hoc titu.

QVOD ET D'E CHARTIS, ET PERGAMENIS) Chartæ siebant ex papyro, Pergamenta membranæ erant, d.l. quara-

Liber Secundus.

42

ratione, §. 1. sic dicta ab urbe Pergamo, unde prius Romam late sunt, teste Plinio. Ideo autem distinxit, quia charta appellatione membrana non continentur, l. 52. § quod tamen, de lega, 3. Videamus Cassiodorus Variar. lib. 11. epist. 38.

VT TABVLÆ PICTVRÆ CEDAT) Hic magnum est Aniani flagitium: prorsus enim contrarium scripsit Caius, cuius sententia ex libro secundo Aureorum in hęc verba appetit: Sed nō ut litteræ chartis, membranisq; cedunt, ita solent picturæ tabulis cedere, sed ex diuerso placuit tabulas picturæ cedere, d.l. qua ratione, §. 3. hoc tit. Hęc autem uidetur fuisse Proculieianorum opinio contra eam, quam habent Sabiniani regulam statuentes, neceſſe esse rei cedi, quod sine illa eſſe non potest, l. in rcm actio. 32. §. 2. de rei vend Paulus Sabinianus potius appetit, ut & supra indicavimus (nisi eę secta iam evanuerant) nam & libros ad Sabinum scripsit. Iustinianus tamen Caij sententiam comprobavit ob pretium picture, ridiculum esse inquiens, Picturam Apellis, vel Parrhasii in accessionem uilissimę tabula cedere, s. si quis in aliena, Institu. de Rer. diuis. quatenus ratione & solum adiſcio cedere deberet, multo enim maioris pretij adiſicij superficies est, quam solum. nisi dicamus, id eſſe, quia stabilius sit solum. Quapropter si quis in alieno pariete pingat, dicendum, picturam quantumvis preciosam parieti cedere, quod non absurdè excogitauit Aretinus.

EIVS VINUM, TRITICVM, &c.] Vide quid iuris sibi sumserit Anianus, ut etiam hoc loco Caium faciat Sabinianum, qui tamen neque Proculianus in hac specie est, ut pote qui mediæ sententiam amplexus sit existimans, si species ad materiam renerti possit, uerius esse, quod Sabinus, & Cassius senserunt, si non posse reuerti, uerius eſſe, quod Nerva, & Proculo placuit, l.7. §. quum quis, D. hoc tit. quod Paulus confirmat, l. 24. eod. & Iustin. §. quum ex aliena, Instit. de Rer. diuis. ubi tamen quod de frumento, & spicis diciatur, Caius repugnat in d.l. 7. qua in re Tribonianii incuria accusanda est, etiam in opinione Pauli de pictura, quam non deluit, quum damnasset:

SI EX LANÆ] Vestimentum ex alterius lana eius fit, qui dominus est lanæ. Quid si quis alienam lanam purpura inficerit? videatur respondendum, quod de pictura sensit Caius, ob pretium purpure. tamen aliud est, nam in pictura artificium consideratur,

F 2

quodā

## Institutionum Caij

quod in purpura non potest, in qua tantum coloris mutatio spectatur,  
l.26.in fi.hoc tit.

SED IN HIS OMNIBUS] Patau. SIMILITER ETIAM SI HIS OMNIBVS, &c. sequentia quoque non recte constant. Sed ne ille magnum sibi negotium capessat, qui Gothicū hominis verba, & locutiones ad amissim perpendat.

RECIPERE POSSINT) Adhibita distinctione scientie, & ignorantie, ut supra monuimus.

## De in iure cessione. Cap. III.

### C A I V S.

**D**niure autem cesso fit hoc modo. Apud magistratum populi Ro. uel apud Praetorem, uel apud praefidem prouinciae, is, cui res in iure ceditur, re tenens ita uindicat; HVNC EGO HOMINEM EX IVRE QVIRITIVM MEVM ESSE AIO. deinde postquam hic vindicauerit, prætor interrogat, qui eum cedit, an contra vindicat? quo negante, aut tacente, tunc ei, qui uindicauerit, eam rem addicit: idque legis actio uocatur.

**H**abci hoc fragmentum Boetius. in 3. Commen. Topic. Tullianus ubi ait: Cessio uero tali fiebat modo, & secundo commentario idem Caius exposuit. In iure autem, &c. Iam vero commentarios quoq. dici Institutiones Caij suprà docuimus: Quod autem hoc loco caput hoc posui, non abs re factum est. vbi n. de natura lib. quibusdā rerum acquisitionib. dictum est, sequitur dicendum de ciuilib. quo in loco In iure cesso est. Eundemq. ordinem sequutus est Justinianus, qui in fine tituli de Vsu, & Habit. sic loquitur: Exposuimus summatim, quibus modis iure gentium res nobis adquiruntur, modo uideamus, quibus modis legitimo, & ciuili iure adquiruntur. Docuimus primo libro, q̄ res essent mancipi, & quae nec mancipi. docuimus, legiūm, & plenū dominū trib. modis adquiri, mancipatione scilicet, in iure cessione, usucapione. docuimus, quae esset, & quā fieret Mancipatio, sequtur, ut uideamus de

## Liber Secundus

43

de in iure cessione. In iure cesso est communis alienatio, & mancipi verum, & nec mancipi, quae fit per tres personas, in iure cedentes, vindicantes, & addicentes. In iure cedit dominus, vindicat is, cui ceditur, addicit Praetor, ut ait Vlpi. in fragm. regul. tit. 19. & hoc loco explicat Caius. Non tantum autem res corporales in iure ceduntur, sed & incorporales, ueluti ususfructus, hereditas, tutela legitima, & libertas. Ususfructus à fructuario cedi non potest nisi domino proprietatis, & si extraneo cedatur, id est ei, qui proprietatem non habeat, nihil ad eum transit, sed ad dominum proprietatis reuertitur, l. si ususfructus, 66. de Iu. do. Hereditas antequam adeatur, à legitimo tantum in iure cedi potest: postquam adita est, tamen à legitimo, quā à scripto herede, necesse est autem, ut & singula res corporales cedantur, cui ceſſa est hereditas, ut latius eod. loco Ulpian. exsequitur. Legitima quoque tutela in iure cedebatur, non tamen omnis, sed tutela duntaxat fœminarum. fœmine enim in perpetua erant tutela, vt tradit Cicero pro Murena, & Boet. in Topic. is autem, cui tutela in iure cessa erat, Cessicus tutor dicebatur, qui siue mortuus fuerat, siue capite minutus, siue alij tutela cessisset, ea ad legitimū redibat tutorem; si uerò legitimū decessisset, aut capite minutus fuisset, cessitia quoque tutela extinguebatur. Sed demum tutela h. ec penitus deleta est, quā lex Claudia legitimas fœminarum tutelas sustulit, vt docet Ulpian. in fragm. tit. II. De cessione libertatis diximus lib. primo.

EAM REM ADDICIT] Tota Praetoris iurisdictio his trib. uerbis continebatur, Do, Dico, Addico. Dabat iudices, dabat bonorum possessionem: Dicebat ius: Addicebat bona libertatum conservandarum causa, addicebat res, & iura, quae in iure cedebantur.

ID QVE LEGIS ACTIO VOCATUR] Legis actiones, siue actus legitimi solemnitates erant, quae inter ciues Romanos fiebant, adhibitis quibusdam symbolis, apud patrem, aut quemuis magistratum maiorem, qui tribunal haberet, aut saltem legis actionem. nam quidam actus legitimi tribunal non requirebant, quidam nec magistrum. Erant autem actus legitimi Mancipatio, In iure cesso, Adoption, Emancipatio, Manumissio, Testamentum, Resignatio tabularum, Acceptatio hereditatis, Repudiatione hereditatis, Nuptia, Diuorium, Acceptatio, Optio, Tutoris in iure datio, Postulatio iudicij recuperatorij, & hmoi, de quib. alijs locuti sunt, præsertim Pet. Faber Semestr. li. 2.

Hieron. Aleand. Comm.

F 3 De

## De Usucaptionibus. Cap. IIII.

C A I V S.

**V**irtum non committitur. Furtum enim si ne affectu furandi non committitur. Fundi quoque alieni potest aliquis sine vi nancisci possessionem, quæ uel ex negligencia domini vacet, vel quia dominus sine successione decesserit, vel longo tempore absuerit.

**H**abetur in l. 37. de usurp. & usucap. Porro recte hoc loco de usucaptione tractatur, quæ & ipsa legitimi, seu civilis dominij adeptio est, tam rerum mancipi, quam nec mancipi, ut ait Ulpia. in fragm. tit. 19. Utique quum res aliqua neque mancipata esset, neque in iure ceſsa, non ante in pleno acquirentis domino erat, quam si ab eo res mobilis anno, immobilis biennio posseſſa foret, ut idem Ulpian. ibid. affirmat; & Boetius significat eo loco Topic. At si ea res, quæ mancipi est, nulla solerinitate interposita tradatur, ab alienari non poterit, nisi ab eo, cui traditur, usucapitur. & Horatius libro 2. epist. vlt.

Quædam (si credis consultis) mancipat usus.

Tam igitur res mancipi usuciebantur, quam nec mancipi, at mancipi tam mobiles, quam immobiles: nec mancipi solum mobiles. Immobiles res mancipi sunt prædia in Italico solo, & ea, que Italici iuriis sunt, de quibus Ulpianus in l. 1. Caius in l. pen. Paulus in l. vlt. de Cens. Immobiles res nec mancipi sunt prædia prouincialia, quæ vectigalia quoque dicuntur, atque hec usucapi non poterant, l. quum sponsus, t. 2. §. in vectigalibus, de Publi. in rem act. At Iustinianus, quæ aboleuisse differentiam rerum mancipi, & nec mancipi, traxit quoque usucaptionem ad prædia prouincialia, l. vni. C. de usucap. transf. eaque omnino exequauit, statuens, ut triennij posseſſio rerum mobilium usucaptionem faceret, immobilium vero decennij inter praesentes, vicennij inter absentes, quod etiam testatur in §. 1. Inst. de usucap.

FVR.

**FVR TUM NON COMMITTITVR**] Caput huins sententiæ Triboniani gladio amputatum est. pendet uero ab anteced. lege, qua idem Caius ex lib. 2. aureorum dicit, si quis usum fructum ancillæ habens partum eiusdem alienauerit, credens in fructu esse, furtum non facere, quia hoc casu Furtum non committitur, qua Iustinianus transluit in §. item si is. Inst. hoc tit.

**SINE AFFECTU FVRANDI**] In furtis enim effectus considerandus est. Qui re commodata, aut deposita usus est aliter, atque accepit, furti tenetur, quod ex Bruto, & Sceuola comprobatur. Agellius li. 7. c. 15. qua tamē in re secundū effectū aliter, atq aliter statuendum est, nam si ex timorū maut, se non in iusto domino id facere, etiam si in iusto fecerit, furtum non committit, l. inter omnes, 47. §. recte, l. qui re, 78. de furt. §. placuit, Inst. de Oblig. que ex deli. nasc.

**FVNDI QVOCVSE**] Quod expeditius procedere, quam mobiliū rerum. ait Iustinianus, §. quod autem, Inst. hoc tit.

**NANCISCI POSSESSIONEM**] Ipse tamē usucapere nequit, quia in mala fide est, quum intelligat, alienum se fundum occipasse. Sed si alij bona fide accipienti tradiderit, procedit usucapio, quæ neque furtiuum, neque uis posseſſum acceperit, ideoque res uito vacat, l. subsequenti, & d. §. quod autem, Inst. hoc tit. Requiritur itaque iusta cauſa, seu iustus titulus, & bona fides, quæ si ab initio fuerit, iure ciuii satis est, etiam si postea inter usucaptionem sciatur, rem esse alienam, l. vn. C. de usuc. transf. §. Diuitia, Inst. hoc tit. Iure autem Pontificio neceſſe est, malam fidem nunquam superuenire, c. vlt. de Prescr. quo iure vimur. At si post usucaptam rem nouerit dominus fuisse alienam, nunquid restituere tenebitur in foro (quod aiunt) conscientia? Hac in re controversia est, interim uidetur Theologi. ego

me huic pelago in præsencia non committo. Hac satis sit differuisse ad unicum hoc usucaptionum fragmentum. Cetera inuidere nobis tempora, inuidere barbare gentes,

iuidit

Ianianus, qui omnia omisit, quæcumque Gotthicis legibus non congruerent.

## Per quas personas nobis adquiritur.

Cap. V.

C A I V S.



D QVIRVNTVR nobis non solum per nosmetipos, sed etiam per eos, quos in potestate habemus. Item per seruos, in quibus usumfructum habemus. Item per homines liberos, & seruos alienos, quos bona fide possidemus. de quibus singulis diligentius dispiciamus. Igitur quod serui nostri ex traditione nanciscuntur, siue quid stipulentur, vel ex qualibet alia causa adquirunt, id nobis adquiritur. Ipse enim, qui in potestate alterius est, nihil suum habere potest: ideoq; si heres institutus sit, nisi nostro iussu hereditatem adire non potest. Et si iubentibus nobis adierit, hereditas nobis adquiritur, perinde atq; si nos ipsi heredes instituti essemus. Et his conuenienter scilicet legatum nobis per eundem adquiritur. Non solum autem proprietas per eos, quos in potestate habemus, adquiritur nobis, sed etiam possessio. cuiusq; enim rei possessionem adepti fuerint, id nos possidere uidemur. unde etiam per eorum longam possessio nem dominium nobis adquiritur. De his autem seruis, in quibus tantum usumfructum habemus ita placuit, vt quidquid ex re nostra, vel ex operis suis adquirant, id nobis adquiratur. siquid verò extra eas causas perse- quuti sint, id ad dominum proprietatis pertinet. Itaq; si is seruus heres institutus sit, legatumve qd aut ei dona- tū fuerit; non mihi sed domino proprietatis adquiritur.

Summus

S Vm simus hoc fragmentum ex l. 10. de Adq. rer. dom. ex quo Iustinianus nonum caput secundi libri additis quibusdam con- fecit adiecto titulo, quem & nos posuimus.

P E R E O S, Q V O S I N P O T E S T A T E H A B E M U S ] Quidam in potestate sunt, quidam in manu, alijs in mancipio. In po- testate sunt filij familias patrum, in manu sunt uxores virorum sic effecte coemtione, aut confarreatione, in mancipio sunt serui domino rum. tamen & potestatis nomen ad dominorum in seruos dominium trahitur.

D I L I G E N T I V S D I S P I C I A M V S ] Cur ergo de filiis fami- lias uerbum nullum? an haec diligentia dicetur? Ut verum fatear, malo, peccatum hoc Triboniano adscribamus, quam Caio. potuit e- nim verba Caij iusta ferè ex causa expunxiſe, quām iure veteri tractaret Caius de peculijs filiorum, at ipſe Tribonianus ex Iustinia- ni praecepto diuersis regulis ea in re nouum statuerit, §. 1. Inst. hoc titu.

E X T R A D I T I O N E ] Scilicet si ex iusta cauſa traditae res sint, Ulpī, in fragm. tit. 19. §. traditio. Possunt etiam mancipio ad- quirere, vt eodem tit. dicitur, §. adquiritur.

I D N O B I S A D Q V I R I T V R ] Etiam ignorantibus, & inuitis, §. item uobis, Institut. hoc titu. l. 32. de adquir. rer. dom. etiam uictantibus, l. seruus, 62. de verbis oblig. quare & si prohibue- rim alicui, ne cum meo seruo contrahat, sique contraxerit, & adqui- sum mihi sit, is habet in me actionem de peculio, l. si quis ser- um, 29. de pecul. l. si quis mancipijs, 17. §. Proculus, de Institu- actio.

I P S E E N I M, Q U I I N P O T E S T A T E ] Iustinianus di- xit: Ipse enim seruus, qui in potestate, &c. Nam filii fami- lias ex constitutionibus proprium habet peculium Castrense, item quasi castrense, & aduentum quoad proprietatem. Sed & serui ali- quo casu uidentur quid proprij habere, ut si dominus eis legatum ali- mentorum testamento reliquerit, quod officio iudicis consequentur, l. seruos, 17. de Alim. legat.

N I S I N O S T R O F V S S V ] Qui procedere debet, non perfe- ctum negotium comprobare, & specialiter conceptus esse, non gen- eraliter de omni hereditate, l. si quis, 25. §. iussum, & sequ. de Adq. hered.

S E D E T I A M P O S S E S S I O ] Quam & si corporaliter tām babeat,

## Institutionum Caij

babeat, domino tamen civilem adquirit, nisi eo ignorantē vi possit deat, l. 24 de Adq. poss.

**DOMINIVM NOBIS ADQVIRITVR]** Plenum dominium, tam in bonis, quam ex iure Quiritium. Nam si in rei traditione nec mancipatio, nec in iure cessio interuenient, non ante plenum dominium adquirēbatur, quam si res mobilis per annum, immobilis per biennium posset fore, ut superius docuimus, & inferius quoque dicetur. **A** pud *Justinianum* hic locus sic est: Vnde etiā per eos usucapio, uel longi temporis præscriptio uobis accedit. *vi est in me manuscrit. male in impressis, uel longi temporis possessio.*

**PTA PLACVIT, UT QVID QVID, &c.]** Servus hic duos habet dominos, alium proprietarium, alium usufructuarium, quamvis proprietarius magis propriè dominus dicatur. Utique adquirere potest; si ex re proprietarij, proprietario, si ex re usufructuarij, usufructuario adquirit, si ex industria, & operis suis usufructuario tantum, in hoc enim usufructus consistit. nam & si operari nolit, cogendus est: etenim modica quoque castigatio fructuario competit, leg. 23. in fin. de usufruct. Quād autem quid ex causa lucrativa, aut hereditaria consequitur, inspiciendum est, an quod donatum, legatum vè est, id contemplatione usufructuarij factum sit, quo casu eidem querit; si verò proprietarij, proprietario, si neutrīus, sed ipsius tantummodo serui, id pariter proprietario adquiretur, leg. 22. de usufruct. Interdum tamen in pendentī est, cui adquirat, ut putā si aliquid emit, & per traditionem accepit, nec dum pretium numeravit, sed tantummodo pro eo fecit satis; nam postea numeratio declarabit, cui sit adquisita stipulatio, l. 25. §. i. de usufructu.

**NON MIHI, SED DOMINO PROPRJETATIS]** Quid de seruo, qui alterius in bonis erat, alterius ex iure Quiritium? Hunc ex omnibus causis adquisisse bonitario domino, refert *Vlpianus* in frag. tit. 19. §. si seruus.

## Liber Secundus.

46

### E P I T O M E.

**A DQVIRITVR** autem nobis non solum per nos Lib. 2 metipos, sed & per eos, qui in potestate nostra tit. 1. sunt: sicut filij, vel serui: quia quidquid ijs à qualibet persona donatum uel venditum fuerit, aut heredes fuerint instituti, id patribus, & dominis sine aliqua dubitatione conquiritur; præter eos filios, quibus per leges castrense peculium habere permisum est. Hi verò serui, qui in usufructu nostro, & in proprietate alterius sunt, hoc tantum usufructuario adquirere possunt, quod opere, aut manibus suis fecerint, aut de mercedibus operis sui acceperint. Nam si eis aut hereditas, aut legatum dimittatur, aut donationis aliquid conferatur, hoc proprietario domino, non usufructuario adquiritur.

**SVCVT FILII]** Ex hoc confirmatur, ut monui, omib⁹ à Tri-boniano id, quod de filiis loquutus fuerat Caius.

**PRÆTER EOS FILIOS]** Filij viuente patre propriū nō bil possidebant, ut tradit *Dionys. lib. 8.* Verūm Imperatores, ut adolescentes allicerent ad militiam, plenum ius in castrensi peculio ijs dederunt, quod *Justinianus* ad quasi castrense traxit.

**AVT LEGATVM DIMITTATVR]** verbo Dimitti, pro eo, quod est relinquere, sape vitur *Anianus*.

### C A I V S.

**S.** Idem placet de eo, qui à nobis bona fide possidente, siue liber sit, siue alienus seruus. Quod enim placuit de usufructuario, idem probatur etiam de bona fidei possessore. Itaq; quod extra duas causas adquiritur, id vel ad ipsum pertinet, si liber est: uel ad dominum eius,

## Institutionum Caij:

eius, si seruus est. Sed bone fidei possessor, quum usucupe rit seruum, quia eò modo dominus fit, ex omnibus causis per eum sibi adquirere potest. usufructarius uero usucapere seruum non potest; primùm quia non possidet sed habet ius utendi fruendi, deinde quoniam scit, seruum alienum esse.

**R**Eliqua pars est l.10. de Adquir. rerum dominio.

**BONA FIDE POSSIDETVR**) tanquam seruus. Quid si quis iusto errore ductus aliquem existimet sibi filium? puta si errore adrogauerit, adrogatio autem iure facta non sit. & constat, hunc ei non adquirere. neque enim, ut liberorum emitio, ita facilis frequens adoptio, uel adrogatio filiorum est. l.44. de Usucap.

**QUOD EXTRÆ DVAS CAUSSAS**) si ex re bona fidei possessoris, aut ex operis suis quesuerit.

**PRIMUS QVIA NON POSSIDET**) usufructus enim ius est, non corpus, at iura non possidentur: sine possessione autem non procedit usucatio, quod & superius declaratum est.

**DEINDE QVIA SCIT SERVVM ALIENVM ESSE**) Quod sciens, si posideret tanquam dominus, non tanquam fructarius, in mala fide esset, quod officit usucaptioni. Quid de libero homine, qui bona fide possidetur? Et certum est, hunc non posse usucapi, sicut nec rem sacram, uel religiosam, uel publicam, l.9. de Usucap. l. vlt. c. de longi temp. præ. §.2. Inst. de Usucap.

## De Testamentis. Cap. VI.

### E P I T O M E.

Lib. 2.  
ti. 2.

**M**ER vniversitatem, hoc est, omnia simul bona adquirimus hereditate, emtione, adoptione: quia is, quem adoptauerimus, si sine patre est, cum omnibus bonis suis ad nos transit.

Vt

## Liber Secundus.

47

**V**T rectè coniunctum caput hoc cum superiori uideatur; graue non sit Iustiniani uerba perlegeric in §. vlt. Instit. per quas pers. nob. adqu. ubi ait, post singularum rerum acquisitionem declarata rectè veniri ad modos, quibus per uniuersitatem res adquiruntur. Hique sunt Hereditas, Bonorum possesso, Adrogatio, Addictio bonorum libertarium conseruandarum causa. Anianus duorum tam tum mentionem facit.

**HEREDITATE, EMTIONE**] Ematio potius singularum rerum, quam uniuersitatis acquisitione est. credo itaque absque dubio legendum, HEREDITATIS EMTIONE, nam Caium tractasse de testamento per es, & libram praecerto habendum est, quod ijs temporibus in usu erat. Non utique temporibus Aniani, nam imaginaria illæ solemnitates paulatim desierant ob aliam formam à Prætore introductam, ac demum penitus sublate sunt ex constitutio ne Constantini, l. quoniam, 15. C. de Festam. Antiquis igitur temporibus qui heres erat, is hereditatis emtor vocabatur, aut potius Familiæ emtor: nam familia eadem est, que hereditas; unde in 12. tabulis, ADGENATUS PROXIMUS FAMILIAM HABETO. l. pronuntiatio, §. 1. de Verb. sign. & actio familiæ herciscundæ, hoc est hereditatis dividenda, de qua titulus est in Pand. & Codice. Conuocatis igitur quinque testibus ciuibus Romanis puberibus, qui classici testes dicebantur teste Festo lib. 3. & libripende, mancipatio fiebat. hoc est imaginaria venditio, & ematio. Testator enim familiam uendebat, Heres emebat seftertio nummo dicens causa interposito, additis solemnibus verbis, postea testator tabulas testamenti tenens ita dicebat: Hæc, uti his tabulis, cærisuè scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor. itaque uos Quirites testimonium perhibetote, tunc se testes subscribebant, & annulo signabant. Id quod ab Ulpiano explicatur in fragm. regul. tit. 20. & meminit Angel. lib. 15. cap. 27. & Iustinian. Instit. hoc titu. Postea, quia in discrimen posita erat testatoris vita, heres enim, qui familiam emerat, metuens, ne is sententiam mutaret, insidias facile struebat, inductū est, ut non amplius heres ipse familiam emeret, sed alius extrancus, qui heredi seorsum in tabulis scripto post mortem testatoris familiam restitueret, ut Theophilus refert, isque est, quem intelligit Træquill. Neron. cap. 4. Ex hoc Domitius nascitur, quem emitem patrem, pecuniæque in testamento Augusti fuisse mox vulgo notatum est. Plutarchus quoque in libro de sera num. vind.

av

## Institutionum Caij

absurdum esse scribit, quod Romani alium relinquerent heredem, alijs familiam uenderent. Sed hæc, ut diximus, in desuetudinem abie re. capitulo & honorario, & ciuili iure ita testamentum condi, ut uno, codemque tempore adhibiti septem testes subscriptiones, & signacula testamento imponerent. Ipse autem testator, aut testes manus propria nomen heredis exprimerent ex Iustiniani constitutione, §. sed his omnibus, Inst. hoc tit. l. inbemus, c. eod. quod postea remisit Nove. 19. quo iure hodie utimur. At in Ecclesiastico dominio duo, aut tres testes sufficiunt, c. quum esses, & c. seq. ex. de Testa. Venetijs autem etiam holographum testamentum ualeat absque testibus, si tamen post testatoris mortem auctoritate magistratus confirmetur, quod releuare dicunt. idque manuæ videtur ex Nouella Constit. Theodo. & Valent. titu. 4. & ex Visigothorum legibus li. 2. tit. 5. cap. 6. qua apud ceteros non obtinuerit. Est & testamentum nuncupatiuum, est & militare, de quibus in Iustiniani Inst. & alibi.

**SI SINE PATRE EST**] Sine patre ciuili, nam emancipatus filius, quamvis patrem habeat, transfert sua bona in adoptantem.

**CVM OMNIBVS BONIS SVIS**] Sitamen impubes ad rogetur, satisfatio ab adrogatore dari solet restituendi bona pupilli, si intra pubertatem decesserit, illis, quisi adoptio facta non esset, ad successionem eius uenturi esent, l. 17. inst. cum l. seq. de Adopt. §. quum autem, Inst. eod.

## C A I V S.

„ **S**i quæramus, an valeat testamentum, in primis animaduertere debemus, an is qui fecerit testamentum habuerit testamenti factio nem: deinde si habuerit, requiremus, an secundum regulas iuris ciuilis testatus sit.

**I**N sunt hæc verba Caij in l. 4. D. qui testam. fac. poss.  
**I**N PRIMIS ANIMADUERTERE) Hunc ordinem semper sequutus est Caius, ut prius de personis disserat, quam de rebus

## Liber Secundus.

48

bus. Itaque primo libro de personis, secundo de rebus tractat. atque in hoc articulo innuit, prius inquirendum esse quis fecerit testamentum, deinde quomodo fecerit. male Iustinianus, qui id in suis Institutionibus non seruauit.

**HABUERIT TESTAMENTI FACTIONEM**) Testamenti factio dupliciter accipitur. Dicimus enim habere testamenti factionem tam qui testamentum facere potest, quam qui non potest, sed heres in testamento scribi potest, ut filius familias, & seruus. qua de re multa disserit Bartolus ad l. si filius familias, D. Qui testam. fac. poss. Hoc loco testamenti factio sumitur in actiuæ significacione. qui verò sint, qui hanc factionem non habeant, dicetur inferius in epitome.

**SECVNDVM REGVLAS IURIS**) Debet, qui testamentum condit, solemnitates adhibere, quæ ad id institutæ sunt, alioquin testamentum non erit. Quintil. declam. 308. Non dixerim testamentum, cui libripens, & emitor familiæ, & cetera iuri necessaria deerunt. Quapropter definiunt testamentum esse instanti voluntatis sententiam, & c. l. hoc tit. Instante hoc est secundum regulas iuris. Quæ sint haec solemnitates, paulò superius exposuimus, quas & Accursius hic enumerare pergit. Constat verò magnam, exactamque curam, & diligentiam bac in re adhibitam, ut vix quisquam sine Iurisperito testamentum facere auderet, quam nimiam & miseram diligentiam uocauit testator in l. Lucius, 88. in fin. de lega. 2. Videlicet Seneca lib. 4. de Benef. cap. 11. Præterea nemo potest in testamento suo cauere, ne leges in suo testamento locum habeant. l. 55. de leg. 1. multæ fuere leges testamentariæ, Caninia, Furia, Cornelia, Falcidia, Velleia, Vconia, Papia, Viceima. quare Falcidia in testamento prohiberi non poterat, l. 15. §. 1. ad leg. Falc. Hodie tamē potest ex Constitutione Iustiniani de Hered. & Falc. cap. 2. ad fin. siue expresse facta sit prohibitio, seu tacite: quod memini ex te didicisse M. Antoni Otheli præceptor amantissime.

## E P I T O M E.

**I**D quoque statutum est, quod non omnibus licet facere testamentum. Sicut ij sunt, qui sui iuris non sunt, & alieno iuri subiecti sunt, hoc est filii tam ex nobis

Lib. 2  
tit. 2.

## Institutionum Caij

bis nati; quam adoptiui; Item testamentà facere non possunt impùberes; idest minores xiiij. annorum, aut puellæ xij. Item & ij; qui furiosi, idest mente insani fuerint, non possunt facere testamenta. Sed ij, qui insani sunt, si interualla ipsius insaniae habent, per interualla, quibus sani sunt, possunt facere testamenta,

**E**T ALIENO IURI SUBIECTI SUNT ) Satis fuit di-  
cere, qui sui iuris non sunt: hos enim necesse est alieno iuri subiectos esse.

**HOC EST FILII TAM EX NOBIS &c.**) Magna est altercatio, tur filius familias testari non possit, etiam si pater permittat. l.6.D.hoc tit. at eo permittente donare causa mortis possit, leg. tam is, 25.de Don. cau. mor. Filius familias testamentum facere non potest, quod nihil suum habet, ut testari de eo possit, inquit Ulpian. in fragm. tit. 20. Sed Imperatores Augustus, Nerua, Traianus, & Hadrianus constituerent, ut de peculio castrensis testamentum posset facere, §. 1. Inst. quib. non est perm. fac. testa. quod Justinianus traxit ad quasi castrense, l. ult. C. de inoffi. testam. quod ij habent, qui salaria percipiunt publica. nam falsum est, quod Jason, & Salicetus, ceterique putarunt, omnia, que litterarum causa adquiruntur, sub quasi castrensis peculij nomen uenire. At certè filius famil. in eo peculio vice patris familias fungitur, l.6. in fin. de Ini. rup. & irr. fac. test. l.2. ad S.C. Maced. alioquin verbis legis 12.tabular. repellitur, que ait: PATERFAMILIAS VTI LEGASSIT SVPER PECVNIA &c. nam de patrefamilias hoc tantum cauit, non item de filio familias. Mulieres antiquitus facere testamentum non poterant sine tutoris auctoritate, quia erant in perpetua tutela, Ulpia. in fragm. tit. 20. §. pen. que vero in manum viri conuenierat, testamentum etiam nullo auctore condere poterat. quod elicitur ex ipsis M. Tullij in Topic. ubi ait: Si ea mulier testamentum fecit, que se capite nunquam diminuit, non uidetur ex edicto prætoris secundum eas tabulas possesso dari &c. Autem non ualere testamentum eius, que capite se nunquam diminuit, hoc est, que in manum viri non conuenit, nam ea testari potest sine alterius auctoritate. Boetius sic habet;

Mulieres

## Liber Secundus.

49

Mulieres vero antiquo iure tutela perpetua continebat. recedebant vero à Tutoris potestate, quæ in manum viri conuenissent. itaque fiebat eis prioris status permutatio. & erat capite diminuta, quæ viri conuenisset in manum. quædam igitur, quæ se nunquam capite diminuisse, id est, qui in manum viri minime conuenisset, si non tutoris auctoritate testamentum fecit, queritur, an secundum eius tabulas ex edicto prætoris debeat dari possessio, &c. Cur vero hæc, que alieni quodammodo iuris esset, & marito tanquam filia, testari poterat? nulla credo alia de causa, quædam quod mater familias esset, idque ostendit Cicero in Topicis, ubi ait: Si ita Fabie pecunia legata est à viro, si ea vxor mater familias esset: si ea in manum viri non conuenierat, nihil debetur. Genus est enim vxor, eius duæ formæ, una matrum familias, he sunt, que in manum viri conuenierunt, altera earum, quæ tantummodo vxores habentur. Quod ibidem explanat Boetius, & confirmat Agellius lib. 18.cap. 6. quod igitur de patre familias statuit lex 12.tabula. id ad matrem familias trahendum fuit. Ceterum quod ad patris bona attinet, ut ea filius familias posset mortis causa donare, mirum non est, quia pater per filium donare censetur, nam qui per alium facit, per se ipsum videtur facere, ut iuris regula est. Testari vero per filium non potest, quædam testamentum fore actus legitimus, qui neque dicem recipit, neque conditionem, neque sit per interpositam personam, quod acutè obseruauit, & discussit Petrus Faber Semestr. lib. 2. cap. 23.

**DEST MINORES XIII. ANNORVM.** Hæc Proculianorum sententia videtur semper fuisse magis recepta, ut pubertas ex numero quatuordecim annorum constituueretur. nam quāvis Sabiniani adfirmarent, quosdam etiam post quindecim, & sedecim annos adhuc esse impuberes, quod & hodie uidere possumus, tamen statuenda erat certa regula: nullaque melior fuit, quām hæc Proculianorum, nam plerique masculi quartodecimo, feminine duodecimo anno pubem emittunt: nam ad ea potius debet aptari ius, que & frequenter, & facile, quām que perraro eueniunt, l. 5. de legib. itaque hanc opinionem potius receptam fuisse uidetur testari Macrobius lib. 1. in Som. Scip. sic inquietus: Post annos autem bis septem ipsa ætatis necessitate pubescit: tunc enim moueri

Hier. Alean. Comm.

G

## Institutionum Caij

moueri incipit vis generationis in masculis, & purgatio  
fœminarum. ideo & tutela puerili, quasi virile iam robur  
absolutitur: de qua tamen fœmina propter votorum festi-  
nationem maturius biennio legibus liberantur. Idemque  
clarus lib. 7. Saturn. cap. 6. Quum calor semper genera-  
tions cauſa sit, fœmina ideo celerius, quam pueri, sunt  
idoneæ ad generandum, quia calent amplius. nam & se-  
cundum iura publica duodecimus annus in fœmina, &  
quartusdecimus in puer definiuit pubertatis ætatem. Et  
meminit Tertullianus aliquot locis. Atque hanc pubertatis defini-  
tionem comprobatam à Justiniano diximus libro primo ad capi. 9.  
ante eam igitur ætatem testamentum facere non licet ob defectum  
iudicij, l. 5. hoc titu. §. præterea Inst. quib. non est perm. Debent au-  
tem eam ætatem excessisse, aut saltem compleſe, l. qua ætate, hoc  
titu. Olim pupillis Tribunis militum datum fuit, ut testarentur, l.  
vlt. C. de testam. mili. eam enim dignitatem dedit Augustus impu-  
beribus, teste Sueton. cap. 38. ex quo intelligitur l. 4. C. de testam.  
milit.

PER INTEY ALLA, QUIBVS SANI SVNT, &c.]  
Vt tamen, dum dilucidū interuallum durat, testamentum incepit,  
consummatumque sit, l. Furiosum, 9. C. hoc titu. Sed & plurimi alij  
sunt, qui testamenta facere non posunt, ut Serui, Serui pœna, De-  
portati, Peregrini, Obsides, Captiui, Capitali crimine dam-  
nati, de statu suo dubitantes, Prodigii, quibus bonis  
interdictum est, item qui lege intestabiles facti  
sunt, Surdi quoque, & muti, & Caci,  
nisi quadam adhibita obserua-  
tione. de quibus omni-  
bus differeſcere ni-  
mis longum  
effet.

Nec Caius, aut Anianus vterius trahi ser-  
monem videtur permit-  
tere.



I S,

## Liber Secundus:

50

## De Institutione, & exheredatione libero- rum. Cap. VII.

### E P I T O M E.

**S**, Qui filium in potestate habet, curam Lib. 2  
ageſe debet, vt testamentum faciens mas- tit. 3.  
culum filium, aut nominatim heredem  
instituat, aut nominatim exheredet. Nam  
si masculum filium in testamento præ-  
terierit, non ualebit testamentum: Si verò filiam præterie-  
rit, non rumpit testamentum filia prætermissa, sed inter  
fratres suos legitimo stante testamento, suam sicut alij  
fratres, consequitur portionem. Si uero testamento ex-  
tranei heredes scripti fuerint, stante testamento filia me-  
dietatem hereditatis adquirit. Nam si facto testamen-  
to, in quo filius masculus prætermisſus est, euenerit, ut  
uiuente adhuc patre filius, qui prætermisſus est, moria-  
tur, sic quoque quamlibet filius ille mortuus fuerit, testa-  
mentum, quod factum est, non ualebit.

**H**OC capite tam de Institutione, quam de exheredatione libe-  
rorum agitur, nē pe ut testamentum ualeat præter obserua-  
tiones, que præcedenti capite traditæ sunt, l. inter, 30. de lib. & postum.  
quare melior est titulus, quem posuimus, quam ille, DE EXHER-  
EDATIONE LIBERORVM, qui apud Anianum, & Justinia-  
num visitur. nam Theophilus post hunc titulum in princ. tit. de He-  
red. Instituen. ait. Post traditam de institutione, & exhereda-  
tione librorum doctrinam, &c. quod ex Cuiacius notauit.

**N**O MINATI M) Id enim necesse est, ut institutio, & ex-  
heredatio ualeat, l. Titius, 25. de lib. & post. l. pen. §. uidcamus, de  
bon. pos. contra tabl. l. 6. §. si institutus, ad l. Corn. de Fals. l. 3. de Iniu-  
rup.

G 2 rup.

QVAM LIBET FILIUS ILLE MORTVUS FVERIT ]  
l. si filius, 7. de lib. & post. ex regula, qua dicit, ea qua ab initio  
non subsistunt, ex postfacto non conualescere, l. quod initio, 29. de re-  
gul.iur.

## EPITOME.

Postumorum duo genera sunt, quia postumi appelle-  
lantur ij, qui post patris mortem de vxore nati fuerunt, & illi, qui post testamentum factum nascuntur. Et ideo nisi is, qui testamentum facit, in ipso testamento  
comprehenderit; QVICVNQUE FILIVS, AVT FI-  
LIA MIHI NATVS, NATA VE FVERIT, HERES  
MIHI SIT; aut certe dicat, EXHERES SIT, ualere  
eius non potest testamentum; quia, sicut superius iam di-  
ctum est, legitimè concepti pro natis habeantur. Nisi  
quod melior conditio est postumæ, quam natæ; quia  
nata, si prætermissa fuerit, non rumpit testamentum: po-  
stuma verò, sicut masculus, testamentum rumpit.

Postumi quasi posteriores dicti sunt, ideoque id nomen sine adspira-  
tione scribendum, Cuiacius notat lib. 3. Obs. cap. 4. ij igitur sunt,  
qui posteriores parenti editi sunt, nec tantum post eius mortem, sed  
& post conditum testamentum eo uiuo ex primo capite legis Velle.  
Hic autem Caius de suis postumis tractat, non de alienis, qui ve-  
rò sui postumi sint, qui alieni, uideamus. Est autem alienus po-  
stumus (inquit Justin. §. postumo, de legat.) qui natus, inter suos  
heredes testatori futurus non est. hoc est, qui nunquam fu-  
turus est suis heres testatori, qui verò aliquando suis heres testatori  
futurus est, is alienus dici non potest, sed potius suis dicetur, §. postu-  
mi quoque. Inst. de Hered. qual. & diff. uiiq. n. alienus is etiam est, q.  
extraneus est: quod exemplum à Iustiniano adductum demonstrat,  
nam in d. §. postumo, Inst. de legat. postquam finiuit alienum postu-  
mum, subiungit: ideoque ex emancipato filio conceptus ne-  
pos extraneus erat postumus aeo. quasi rationem reddat, qua-

Hicrony. Aleand. Comm.

G 3 re

## Institutionum Caij

rup. & irr. fa. test. l. 1. de Hered. inst. l. 2. C. de lib. præt. l. vlt. C. de bon-  
poss. con. tab. Nomen igitur filij, & praenomen, & cognomen dicendū  
est, aut etiam unum ex his. sed & sufficit, si dixerit, filius meus exhe-  
res esto, si unus sit filius, aut si pepercit filium dicere, & Seianum  
dixerit, aut cum conuicio non nominandus, non filius me-  
us, latro, gladiator, & huiusmodi, l. 1. l. 2. l. 3. de lib. & postu. dum-  
modo constet, de eo loqui, nam Nomen (inquit Diomedes lib. 1.  
Gram) dicitur, quod unamquamque rem monstrat, ac no-  
tet, quasi notamen. quare nihil interest, nomine demonstret, an in-  
dubitate signo, quod penè nihil à nomine distet, l. quoties. 9. §. si quis  
nomen, de hered. inst. §. si quis in nomine, instit. de legat.

NON VALEBIT TESTAMENTVM FILIAE PRÆ-  
TERMISSA) Ut nec nepos, aut nepotis, reliquie, teste Vlp.  
in fragm. tit. 22. quare & si tentabat nullum diecere, non poterat, sed  
iure ad crescendi portionem suam habebat. ex prætore autem poter-  
rat habere contra tabulas bonorum possessionem in totum, at fmpre.  
Antoninus eam in tantum coarctabat, in quantum ius ad crescendi  
competebat, l. vlt. C. de lib. præt. Peioris autem conditionis erat filia  
præterita, quam ex hereditate, nam si præterita fuisse, alio herede in-  
stituto, illa dimidium hereditatis accipiebat, quod si testamento her-  
editas restitui iussa esset, quum retinere quartam ex S. C. Trebellia:  
no uellet, non plus, quam secundam retinebat. quod si ex hereditate  
fuisse, mota querela inofficio, ac restituta ex fideicommisso heredi-  
tate, retinebat quadrantem. quod absurdum sustulit Iustinianus, d.  
vlt. C. de lib. præt.

FILIA MEDIEATATE HEREDITATIS AD QVI-  
RIT]. Filia scriptis heredibus ad crescerebat, suis quidem heredibus;  
hoc est fratribus, in partem uirilem, extraneis in partem dimidiā,  
ut confirmant fragmenta Vlpiani d. tit. 22. Quid uero, si & frater, et  
extraneus scripti sunt: viri dimidiā auferet, hoc est sextantem, ut  
unusquisq. trientem habeat. Si uero duo sint fratres instituti, bis ter-  
tiam, extraneis dimidiā tollit, Paul. lib. 3 sent. tit. 4. §. filio. Sed hęc  
(ut diximus) a Iustiniano sunt abrogata.

Quamlibet

## Institutionum Caij

re alienum dixerit, quia scilicet extraneus sit: ideoque nepotem ex filio emancipato alienum nepotem uocat Vlpian. in l. sed si hac lege. 10. S. si filius meus, de in ius voc quamobrem inepta est eorum opinio, qui aiunt, alienum esse postumum, qui ex filio in potestate nascitur, is enim suus est, aut certe futurus suus. His cognitis uideamus, qui institui potuerint, aut debuerint, qui non. Ac putem lege 12. tabul. tam suos postumos, quam alienos institui petuisse, ob latissimam potestatem testatoribus tributam, l. verbis. de verb. sign. quae quoniā aut legibus, aut auctoritate Iurisperitorum coangustata est, factum est, ut sui tantum postumi possent heredes institui, non item alieni. Ratio fuit, quoniā quām cōstitutū foret, ut præteritione filiorū nullū esset testamentum, si sui postumi præteriti essent, adgnatione testamentum rupissent. Alieni verò quia impune prætereuntur, ideo iure ciuili factum est, ut nec heredes instituerentur, quoniam incerti sunt, nam regula inducta fuit, ne incertæ personæ instituerentur, aut ijsdē legaretur, S. legari, Instit. de legat. quoniam certum consilium debet esse testantis, inquit Vlpian. in fragm. tit. 22. quæ tamen regula quibusdam casibus coangustata est, præsertim in suis postumis, ne (vt diximus) testamenta infirmarentur. Quamobrem cautio Gallij Aquilij, (quæ multis leguleijs negocium facessit) de postumis futuris suis capienda est, non de alienis, ut multi putant, quo in errore uersatus quoque est doctissimus preceptor meus Guidus Pancirolus, qui hisce diebus maximo cum omnium dolore diem suum obiit: cuius quidem doctrina multa, quæ didici, accepta refero. Nam unusquisque poterat postumum suum heredem scribere, l. 4. de lib. & post. ubi illud uerbum posse non omnino cum Accursio interpretor debere, nam debebat quidem postumum heredem scribere, quia filius, & suus heres esset, poterat verò, quia id admissum iure ciuili fuerat cōtra regulam, quam superius adduximus. quod verò ibidem Vlpianus ait; Placet omnem masculum posse postulum heredem scribere; rectissime Raphael Cumanus, ideo masculum nominari inquit, quia formè postumos suos habere non possunt, quām filios non habent in potestate. idque frustrā Iason subuertere conatur, nam l. Postumus. de inoff. testamen. quam pro sua sententia adducit, non de iure ciuili loquitur, sed de prætorio, quo iure institutus alienus postumus in bonorum possessionem mittitur. Sed ad rem, quām posset unusquisque postumos suos heredes instituere, poterat quoque postumum nepotem ex filio, qui aliquando suus futurus esset, instituere. Sed quām nefici-

## Liber Secundus.

52

rescirent quodammodo homines, quomodo id facerent, Gallus Aquilius Iuriscon. cautionem, & formulam docuit, quæ ea est: Si filius meus uiuo me morietur, tunc si quis mihi ex eo nepos, si ue quę neptis post mortem meam in decem mēsibus proximis, quibus filius meus moreretur, natus, nata erit, heredes sunto, l. Gallus, de lib. & post. nam quod in l. pen. de legat. 1. inquit Paulus, obtinuisse Galli sententiam, alienos quoque postumos legitimos nobis heredes fieri, non de hac formula intelligendum est, vt vulgus interpretum putat, sed de alia Galli opinione, qui censuit, alienos postumos non testamentarios, sed legitimos heredes posse fieri: Ueluti fratris mei postumus heres legitimus ab intestato esse mihi potest, uentre in possessionem misso unde legitimus unde ab eo fideicommissum relinquere possum, l. 1. S. pen. de legat. 3. Quod igitur inquit Justinianus, S. postumus, de lega. Postumus autem alienus heres institui & antè poterat, & nunc potest; antea, intelligendum est de iure Prætorio, non ciuili, S. 1. Instit. de Bonor. poss. quod uero nunc possit, id ad Justiniani constitutionem referendum est, ut possit institui, nec prætoris indigeat auxilio. quod uero subiungit: nisi in utero eius sit, quæ iure nostro uxori esse non potest, non intelligi debet, quæ vxor testatoris esse non potest, sed quæ nullius uxori esse potest, ut sentit Cuiacius, vt antiquitus virgo Vesta lis, aut peregrina, bodie Ascetria, nam harum postumos nec prætor adiuuabat. absurdum enim esset, si diceremus prætorem hanc institutionem non adiuuare; Qui ex sorore mea nascetur heres mihi esto, aut eam; Qui ex Titia vxore Sei nascetur, mihi heres esto. nam quod dicitur, ex ea, quæ aliq. nupta est, non licere postulum heredem scribere, l. si quis, 9. S. 1. de liber. & post. non de alieno postumo, sed de suo intelligitur; ueluti quis dixerit; Qui mihi filius ex Titia vxore Sei nascetur, heres esto. hoc enim casu turpis est institutio. Nam quod de suspicione quādam interpretes tradunt, ridiculum prorsus est, quām ea suspicio tā ex nato, quād ex nascitu oriri queat, ut probat Alciatus. Quisque igitur poterat alienum postulum heredem instituere ex iure prætorio, postulum autem suum ex iure ciuili, etiam si nondum vxorem habebat, l. 4. de lib. & postum. & ex certa fœmina, dummodo in nuptia foret, l. filius, 28. S. si quis eo tempore, eod. tit. vi de vidua responsum est, l. anteced. eod. quæ omnia quā magis recto oculo quisq. inspiciat, eō veriora videbit.

G. 4

AUT

*AVT CERTE DICAT, EXHERES SIT]* sicut ete legitur in Patauina editione anno 1554. male in Lutetiana: *EXHERES MIHI SIT, AVT CERTE DICAT, EXHERES SIT.* male in Taurinensi, & cateris Grispiniensis; *HERES MIHI SIT, AVT CERTE DICAT, HERES SIT.* Postumus enim filius aut instituendus est, aut exheredandus, atque formulam viramque ponit Caius.

*VALERE EIVS NON POTEST TESTAMENTVM]* Sicut patientia filij prateriti operatur, ut sustineatur testamentum, quamvis ipso iure nullum sit, l. 17 de iniu.rup. & irr.fa.testa. ita si postumus preteritus viuo testatore natus deceperit, licet iuris scrupulitate, nimiaque subtilitate testamentum ruptum videatur, attamen bonorum possessionem secundum tabulas accipere heres scriptus potest, l. postumus, 12. de iniu.rup. & irri.fac.test.

*SICUT SUPERJUS IAM DICTVM EST]* Lapsus est memoria Aniani, qui quoniam multa ex Caij sustulerit, tamen uerbis Caij adfirmat, id exstare, quod iam sustulit.

*LEGITIME CONCEPTI PRO NATIONIS HABEN- TVR]* Quoties de commodis ipsorum queritur, l. 7. l. 26. de Statu homin.

*POSTVM A VERO SICVT MASCVLVS TESTA- MENTVM ROMPTI*] Quod & Vlpian. significat his uerbis titu. 22. fragmen. Postumi quoque liberi cuiuscunq; sexus omitti, quod ualuit testamentum adgnatione rumpunt. & meminit Iustinian. in §. postumi, Institu. hoc titu. eaque fortasse ratio fuit, quia nihil de ea videtur cogitasse testator, quoniam nondum nata sit; arg. l. si filius familias, de Testamen. mili. nam si iam natam preteriit, rix esse potest, ut eius non meminerit, ac eo ea-

si videtur potius odio prateriisse. Sicque facilius iam natu exheredari inter ceteros poterat, quoniam nasci-

tura, nam huic aliquid legari debebat,

ne silentio omissa censeretur, ut

Vlpianus ostendit titu.

22. regul. &

Iustinia.

in

d. §. postumi, quod ipse sustulit, l. vlt. §. vltim.

C. de liber. præter.

Postu-

## C A I V S.

*P*ostumorum loco sunt & hi, qui in sui heredis loco succedendo, quasi adgnascendo fiunt parentibus sui heredes. vt ecce, si filium, & ex eo nepotem, neptem in potestate habeam, quia filius gradu præcedit, is solus iuria sui heridis habet, quamvis nepos quoque, & neptis ex eo in eadem potestate sint. Sed si filius meus me uiuo moriatur, aut qualibet ratione exeat de potestate mea, incipit nepos, neptis in eius loco succedere. & eo modo iura suorum heredum quasi adgnatione nanciscuntur. Ne ergo eo modo rumpat mihi testamentum, sicut ipsum filium, vel heredem instituere, vel exheredare nominatim debo, ne non iure faciam testamentum. ita & nepotem, neptem ex eo necesse est mihi vel heredem instituere, uel exheredare, ne forte me uiuo filio mortuo, succedendo in locum eius nepos, neptis, qua si adgnatione rumpant testamentum. Idque lege Iunia Vellea prouisum est.

*E*xstat hoc fragmentum in l. 13. de Inius.rup. & irr.fac.testa. & apud Iustinianum sub hoc titu. quod multorum commentarijs adeo expositum est, ut cumulum non requirat. quare paucis utamur. Notauimus supra, iure veteri nepotes, & proneptes, sicut & filias impune testamento præteriti potuisse, si tamen iam nati essent, nam postumi nepotes, postumae adgnatione rumpabant testamentum. Lex autem Vellea nepotes iam natos, quorum pater gradu præcederet, exequauit postumis, ut hi etiam præteriti rumperent testamentum, si mortuo eorum patre sui heredes adgnascerentur, quod hoc loco explicat Caius, dum ait, eos postumorum loco esse. id autem continetur capite secundo legis Vellei, l. Gallus, §. sequenti, de lib. & postu.

*QVI A FILIVS GRADU PRÆCEDIT, IS SOLVS*  
&c.] Nam ut nepos sit suus heres, necesse est, ut pater eius uiuo audeat fieri suus heres esse, §. 1. Inst. de hered. qual. & differ.

SI

Quibus modis testamenta infirmantur .  
Cap. VIII.

## E P I T O M E .

Lib. 2  
tit. 3.

**I**QVIS post factum testamentum adoptauerit apud populum illum, qui sui iuris est, hoc est, qui patrem non habet, aut apud prætorem illum adoptauerit, qui in potestate patris est, quasi ei filius natus sit, ita eius rumpitur testamentū. Posteriore quoque testamento, quod iure factum est, id, quod iure factum antè fuerat, rumpitur. Quod si facto posteriori testamento heres scriptus aut ante adiotionē hereditatis moriatur, aut uiuo testatore defecerit, aut conditio possibilis, sub qua heres institutus est, impleta non fuerit, is, qui testamentum fecit, intestatus mori uidetur: quia testamentum, quod prius fecerat, testamēto posteriori rescissum est, & quod posterius factum est, his rebus, quas diximus, infirmatur.

**H**ic octauum caput distinguendum erat, ut fecimus. Anianus multa capita omisit, multa confusa reliquit, ut superius quoque patuit. Dictum est, quomodo testamentum iure fiat, expositis solemnibus, item institutione, aut exheredatione liberorum, modò inspicendum est, quibus ex causis testamentum hoc iure factum rumpatur, irritum rē fiat.

**ADOPTAVERIT APUD POPVLUM ]** Ut verum facias, dudum hæco, Adoptio per populum statim translata in principem populi potestate desierit, an multo postea tempore durauerit. nam Augustus iam princeps Tertium nepotem Agrippam, simulque priuignum Tiberium adoptauit in foro lege Curia-

## Liber Secundus.

54

Curiata, teste Sueton. cap. 65. & Claudio Nerone, de quo sic Tacit. lib. 12. Annal. rogataq. lex, qua in familiam Claudiam, & nomen Neronis transiret. Apud Ulpian. quoque in fragmētis regularum tit. 8. ubi de adopt. loquitur, nulla mentio est adoptio-nis per principem, vt nec apud Agellum lib. 5. cap. 19. qui uixit temporibus Caij. Certè Diocletiani tempestate adrogatio per principem fiebat, l. 2. C. de Adoption. nam quod suis quoque temporibus id fieri Caius scribat eo fragmento, quod posuimus lib. 1. cap. 8. ex l. 2. de Adopt. etiam atque etiam animaduertendum est, num id fragmentum Caij purum putum sit, quum per Tribonianī manus uersatum sit. Aut dicendum tam apud principem, quam apud populum id potuisse fieri, donec paulatim potestatem omnem principes sibi arrogarunt. Primò Julius Cæsar comitia cum populo partitus est, ut Sueton. referr. Jul. cap. 41. deinde Augustus Comitorum pristinum ius reduxit, & ipse interueniebat tanquam unus ē populo, teste eod. Aug. cap. 40. & cap. 56. Denique & alia mutationes exortae sunt ad libitum principum.

**QUASI EI FILIVS NATVS SIT ]** Adgnatione sui heredis rumpitur testamentum. Pluribus autem modis adgnascuntur, velut adgnascendo, id est, quum suus heres adgnascitur, qui neque heres institutus, neque ut oportet, exheredatus sit: aut in locum sui heredis succedendo, velut nepos mortuo filio, vel emancipato, vt proximo superiori capite diximus. item iure veteri manumissione, id est si filius ex prima, secunda uē mancipazione manumissus, reuersus sit in patris potestatem, qua de re primo libro diximus, & infra cap. 14. Pariter in manum conuentione, de qua postmodum agetur. denique & adoptione, quum scilicet filius aut adoptatur, aut adrogatur. de quibus omnibus Ulpian. in fragm. regi. lib. titu. 23. Adoptio igitur operatur idem, quod adgnatio, l. verum, 8. de iniusto rup. & irr. fac. test. l. filius, 28. §. 1. de lib. & postum. §. 1. Instit. hoc tit. Quid si Titius heredem instituam, & postea eundem adoptem? an quasi adgnascendo rumpet testamentum & constat, non rumpi testamentum ab eo, qui heres inuenitur, l. filio, 23. §. vlt. de lib. & post. dubitari poterat, quoniam non tanquam filius, sed tanquam extraneus institutus fuerat. Pariter si pater ab hostibus capiatur, qui testamentum fecit, & filium instituit, reuerso eo non rumpitur testamentum, quamuis filius quasi adgnatione reuerteretur in potestatem, l. si pater, 9. D. eod. titu.

**QVOD**

## Institutionum Ca ij

**QVOD IVRE FACTVM EST]** Regula iuris traditur, posteriora derogare prioribus, quae in testamentis potissimum locum habet. Tunc autem prius testamentum rumpitur, quum posteriori ritè perfectum est. nam si in posteriori iuris solemnia defint, aut filius familias preteritus sit, superius non rumpitur, l. 7. de lib. & postum, l. si bine, de Iniu.rup. & irr.fa.testa.Capitolin.in Pertinace: Legē sanè tulit, ut testamēta priora non prius essent irrita, quām alia perfecta essent. **Duo excipiuntur casus, quibus posterioris testamentum imperfectum rumpit superius perfectum.** Unus est, si posteriorius testamentum fiat iure militari. Alter si in priori perfecto extraneus institutus sit, in alio imperfecto is, qui ab intestato venire potest, l. 2. de iniu.rup. & irri.l.hac consultissima, §. si quis autem, C. de testamen.

**¶D, QVOD IVRE FACTVM ANTE FVER.AT.]** Debet prius testamentum iure factum esse, alioquin frustra quereretur, an ob posteriori rumpatur, quum per se ipsum irritum foret, l. si quis. 29.ad S.C.Trebel.l. 1. de iniu.rup. & irr. nemo autem potest duo testamenta facere, que æquè valeant, nisi miles sit, l. quarebatur, l. militis, §. 1. de test.milit.

**AUT VIVO TESTATORE DEFECERIT]** aut viuēs noluerit heres esse, §. 1. Insti hoc tit.

**CONDITIO POSSIBILIS]** Impossibilis enim conditio pro non scripta habetur, l. 3. de cond. & demon. l. 1. de cond. instit. l. 16 de iniu.rup. & irr. §. pen. Insti. de hered. insti. Idem iuris est in conditionibus, que contrarie leges, aut bonos mores scriptae sunt, aut inanis, & derisorie sunt, l. 9. l. 14. l. 27. de condit. insti. pariter si contra salutem sint, aut dignitatem, l. 7. l. 63. §. si sub conditione, ad S.C. Trebelli. In contractibus aliud est, ut dicetur lib. 3. cap. 4.

## E P I T O M E.

Lib. 2  
tit. 3. **A**lio quoque modo testamenta iure facta infirman tur, vt si aliquis post factum testamentum capite minuatur, id est, aut ab hostibus capiatur, aut pro criminе in exsilio deputetur. Similiter & si qui adoptatus fuerit, testamentum, quod antequām adoptaretur, fecerat, non ualebit.

**AUT**


## Liber Secundus!

55

**A**UT AB HOSTIBUS CAPIATVR] Admissum est tamen, ut si postliminio reuertatur, testamentum vires recipiat, aut si ibi decedat, lege Cornelia confirmetur, l. si quis filio, §. quātenus, de lib. & post.

**IN EXSILIVM DEPVETETVR]** Ita omnia exemplaria, fortasse quis scripsit, DEPORTETVR. at colloquendi generale alijs locis utitur Anianus, ut in interpretatione l. g. C. Thodo. de Iuris d. exsilio se deputandum esse cognoscat. & ad l. 1. C. Thodo. de Inoff. testam. non pgo criminē suo exsilio fuerit deputatus, & ad l. 2. de Postlim. nouerit se in exsilio deputandum. pariter ad l. 2. Vnde vi. ad l. vnic. Si quis eam, cuius tut. &c. ad l. 1. de Rap. virg. ad l. 2. Ut intrā an. crim. a. l. & c. ad l. vn. Nerdam prouinc. infl. in Theodosiano Codice. Deportatio igitur testamentum iam factū rumpit, l. eius, 8. Qui testam. fac. posse, quia & bona, quae tunc habuit, quum damnaretur, publicantur, etiamsi in sententiā expressum non sit, l. Deportatorum, C. de Paen. Eius, qui sententiā præsidis deportatur, non statim irritum fit testamentum, sed quum princeps factum comprobauerit, l. 6. §. eius qui, de fini. rup. & irri. quia Praeses deportandi ius non habet, l. 6. de Interd. & releg. at Praefectus praetorio, & eius Oscarivs, & Praefectus urbis deportandi ius habent, ac statim poss. eorum sententiam ciuitas erimitur, ideoque testamentum rumpitur, l. 2. §. 1. de pen. l. 1. §. 4. præfecti, de lega. 3. quamvis nondam Imperator insulam, adsignaverit, l. 1. §. 2. de off. præf. vrbi.

**TESTAMENTUM, QVOD ANTEQUAM ADOP-  
TARETVR, FECERAT, NON VALEBIT]** Etiam si iterum sui iuris effectus sit, nisi tunc codicillis, aut alijs litteris eodem testamento se mori uelle declarauerit, l. qui ex liberis, §. qui testamento, de bon. poss. sec. tabul.



HERE.

De Heredum qualitate, & differentia.  
Cap. IX.

## E P I T O M E.

Lib. 2  
tit. 3.

**H**E R E D E S autem sui sunt, aut necessarij, aut extranei. Sui heredes appellantur filij, aut nepotes ex filijs masculis, quos in potestate auus, uel pater habet. Necessarij sunt heredes serui, qui cum libertate heredes instituuntur. necessarij ideo, quia aut velint, aut nolint, necesse est eis heredes esse. Nam qui creditoribus tenentur obnoxij, & putant se non tantum in substantia, quantum in debitibus relinqueret, ipsi seruos suos manumittunt, & heredes necessarios faciunt, ut quod magis heres, quam dominus infamiam incurrat, quem res eius, idest hereditas domini pro debitibus uenditur, & creditoribus datur. Extranei sunt, qui nullo propinquitatis gradu testatori iunguntur, sed eos quicunque pro arbitrio suo scribit heredes.

**H**OC etiam caput Anianus cum reliquis immiscuit, quod nos iure merito segregauimus.

**HEREDES AUTEM SVI SUNT**, AUT NECESSARIJ] Patavina editio habet: HEREDES AUTEM SVI SVNT, AUT NON SVI, AUT NECESSARIJ SVNT &c. verbis quale confusis, & repetitis. Iego: HEREDES AUTEM SVI SVNT, AUT NECESSARIJ.

**SVI HEREDES APPELLANTVR FILII, AUT NEPOTES]** Ac denique omnes per virilem sexum descendentes, ut dicetur infra cap. 14. dummodo proximo gradu familie principem contingant.

contingant. Nam si filius existet, & nepos, & pronepos, filius solus suus heres erit, quo defuncto nepos solus fit suus heres; at pronepos non antea erit suus heres proavo, quam & nepos, & filius decesserit. nec interest, naturales sint, an adoptini, l. i. s. suos, de suis, & leg. here. erat & antiquitus inter suos heredes, uxor, que in manum uiri conuenerat, de qua pariter cap. 14. sermo erit. Suorum heredum non men ex lege 12. tabularum descendit, l. liberorum, de verb. signi. uidentur autem dici sui heredes, quia quodammodo sui ipsius heredes sunt, quum mortuo patre familias non adeant, sed continent hereditatem, quam iam habebant, ut Alciatus, & alij declararunt, quasi olim hi domini essent, qui etiam viuo patre quodammodo domini existimantur, l. in suis, de lib. & postum. Hi autem, & necessarij sunt ex lege duodecim tabularum, sed praeator dat potestatem abstinenti ab hereditate paterna, si eis damnoisa uisa fuerit, l. necessarij, 57. de adq. herere. nec est necesse praetorem adire, satis enim est, si se non miscuerunt hereditati, l. ci qui, 12. eod. tit. Scire autem eos oportet, se beneficio praetoris esse voluntarios, nam si necessarios se putauerint, quamvis sint voluntarij, non poterunt repudiare. l. i. s. eod. tit.

**QUI CVM LIBERTATE HEREDES INSTITUVNTVR.]** Hodie ex Institutioni constitutione etiā sine libertate, quum tacite data intelligatur, §. 2. Instit. qui, & quib. causa. non pos.

**NECESSARIJ IDEO, QVIA AUT VELINT, AUT NOLINT, &c.)** Inter necessarios suos heredes, & suos necessarios, loc est liberos, qui in potestate sunt, iure ciuili nihil interest, ut ait Vlpia. in fragm. ti. 22. at Sui iure praeorio adiuuantur, quapropter nec necessarij ab Aniano appellantur. Necessarij autem tantum heredibus abstinenti potestas non datur.

**NAM QVI CREDITORIBVS TENENTVR OBNOXIJ]** Non semel hoc loquendi genus uideas in hoc libello, ex quo Anianum facile deprehendas, nam huiusc scriptio[n]is plene sunt eius interpretationes ad leges Cod. Theodosiani, & ad Pauli sententias. Sed & Visigothorum leges sepius ita loquuntur.

**UT QVO MAGIS HERES, QVAM DOMINVS INFAMIAM INCVRRAT]** Qua de re non nihil diximus primo libro. cap. 4. Nullo herederelicto res hereditarie venduntur defuncti

## Institutionum Caij

defuncti nomine, l. 4. de Reb. auct. iud. poss. quod ignominiosum est; quare huic se rei leges curam habent, l. 5. de Curat. furiosi. l. 23. D. Qua in fraud. cred.

[EXTRANEI SVNT, QUI NULLO PROPINQUI-  
TATIS GRADU TESTATORI VNGVNTVR.] Hoc  
prorsus falsum est. nam heredes extranei sunt, qui testatoris iuri su-  
biecti non sunt, sive adgnati sunt, sive cognati, qui testatorem  
aliquo propinquitatis gradu contingunt. Proinde liberi quoque  
emancipati heredes a nobis instituti extranci heredes nobis ui-  
dentur, §. ceteri, Institut. hoc titu. Multa sunt, quae Ania-  
nus improprijs uocibus designat, unde aliter sonant, ac ipse forsi  
tan sensit.

## De Substitutionibus, & faciendis secundis Tabulis. Cap. X.

### E P I T O M E.

Lib. 2.  
tit. 4.



VBSTITVTIO est, quæ post institutio-  
nem à testatore fieri solet, id est secun-  
di heredis appellatio. Et duæ sunt, qua-  
rum vna vulgaris dicitur, alia pupilla-  
ris. Vulgaris dicitur; ILLE HERES  
MIHI ESTO (sive hoc filio, sive ex-  
traneo) QVOD SI HEREDITATEM MEAM ADI-  
RE NOLVERIS, ILLVM SVBSTITVO, AD  
QVEM HEREDITAS MEA DEBEAT PERTINE-  
RE. Pupillaris substitutio filijs tantummodo impube-  
ribus dari potest, quæ ita fit: ILLE FILIVS MEVS,  
SI INTRA PVBERTATEM DECESSERIT, IL-  
LVM EI SVBSTITVO.

Retinuit

## Liber Secundus.

37

**R**ETINUIMUS ANIANI TITULUM, QUAMUIS SI DE SVBSTITU-  
TIONIBVS TANTUM DIXISSET, SATIS FUSET, QUONIAM ET HOC  
GENERALI NOMINE PUPILLARIS SUBSTITUTIO CONTINCTUR, CUIUS TANTUM GRA-  
TIA SECUNDÆ TABULÆ SUNT. RETINUIMUS INQUAM, QUIA DILIGENTER DOCET,  
QUI FACIENDÆ SINT SECUNDÆ TABULÆ.

[IDEST SECUNDI HEREDIS APPELLATIO.] Hec  
interpretatio ANIANUM OLER, QUAE FALSISSIMA EST, NAM NON IDEO MINUS  
TERTIJ, ET QUARTI HEREDIS APPELLATIO (VT IPSE LOQUITUR) SUBSTITUTIO DI-  
CETUR, L. 1. DE VULG. ET PUP. SUB. §. 1. INSTIT. EOD. VTPA. FRAGM. TIT. 22. §.  
ANTEPEN. CETERUM IPSE ERRORE DUCTUS EST, OB SENTENTIAM PAULI LIB. 3.  
TIT. 5, QUAM ITA LEGIT: HEREDES AUT INSTITUTI, AUT SUBSTITUTI DICU-  
NTUR. INSTITUUNTUR PRIMO GRADU, SUBSTITUUNTUR SECUNDO, VEL  
TERTIO SCRIPTI. CREDIDIT ENIM SECUNDO TANTUM GRADU SCRIPTUM SUB-  
STITUTUM dici, TERTIO VERÒ GRADU PROPRIÈ SCRIPTUM APPELLARI: NAM  
EIUS VERBA AD EUM LOCUM ITA HABENT: QUI TESTAMENTA FACIUNT,  
SICUT INSTITUERE HERIDES, ITA SUBSTITUERE POSSUNT. NAM QUI  
PRIMO GRADU HERIDES SCRIPTI SUNT, INSTITUTI APPELLANTUR;  
QUI SECUNDO SUBSTITUTI: QUI TERTIO SCRIPTI UOCANTUR. EXISTI-  
MO AUTEM ILLUD VERBUM SCRIPTI EX PAULO EXPUNGENDUM, AT ETIAM  
ABEST A MODESTINO IN D. 1. DE VULG. ET PUPILL. SUBSTIT. QUOD ET CU-  
IACIO VIDETUR.

[ET DUAE SVNT] Num due tantum? at interpretes tot  
gradus constituere, tot species, tot divisiones, et subdivisiones  
excogitarunt, ut quotiescumq. eas percurro, muscarum prælium ui-  
dere videar. Si successionem spectemus, duæ tantum sunt substitutiones.  
aut enim succedimus in locum eius, qui heres non fuit, et  
hoc vulgaris est. aut in locum eius, qui heres quidem fuit, sed  
testari non poterat, et hoc pupillaris est, aut quasi pupillaris,  
quam Doctores vocant exemplarem. Si personas spectemus, tres  
sunt substitutiones, vulgaris, que fit puberibus, et impu-  
beribus quibuscumque, pupillaris, que filio impuberi fit, in pote-  
state constituto, quasi pupillaris, que filio puberi fit dementi. Si  
modum scripture antedamus, quatuor sunt substitutiones. prima il-  
la est: Si Titius heres non erit, Caius heres esto. altera:  
Si filius meus intra pupillares annos, aut, manente deme-  
tia morietur, Caius heres esto. Tertia est, quæ duplex dici-  
tur a Theophilo Vulgaripupillaris: Si filius meus heres  
non erit, aut heres quidem erit, sed intra pupillares  
Hier. Ale. Commen. H annos

## Institutionum Caij

annos morietur, Titias heres esto. Quarta ex est, quam uocant reciprocam: Filios meos heredes instituo, eosque inuicem substituo,

*VVLGARIS DICITUR: FILLE HERES MIHI ESTO*)  
Probo Patauinam editionem, quæ sic habet: *VVLGARIS DIS CIRVR. FELA: HERES &c.* Hasce tamen formularum concepciones scias Aniani esse. Caius elegantius scriperat.

*SIVE HOC FILIO, SIVE EXTRÆANEO]* Jure Ciuii substitutio hac: Si filius meus impubes heres non erit, Titius heres esto, vulgaris tantummodo est. at Diui fratres constituer, ut pupiliarem quoque comprehendenderet, nisi pater duos fratres inuicem substituerit, quorum alter pubes, alter impubes sit, hoc communi verbo, eosque inuicem substituo, tunc enim in vulgarem tantummodo casum facta substitutio intelligitur, l. 4. de vulg. & pup. sub.

*PUPILLARIS SUBSTITUTIO FILIIS TANTVM-MODO FMPVBERIB.]* Quod sic erit accipiendum, si sint in potestate, ceterum emancipatis pupillariter substituere non possumus, l. 2. de vulg. & pup. Tanta est patria potestas, ut etiam post mortem patris usque ad filij pubertatem extendatur: itaque & usque ad id tempus pater in locum suum subrogat tutorem, qui pupilli personam, & bona gubernet, atque ob eam rem, quia is à patre datus alter pater uidetur, tutela potestas esse dicitur. Usque igitur ad id tempus pater filio substituere potest, si hereditatem adierit, nisi si miles sit, nam miles etiam ultra id tempus filio substituit, quem tamen substitutio in fideicommissum conuertitur, l. Centurio, de vulg. & pup. l. Precibus, C. de fmpub. & al. sub. quæ iura perspicua mihi uidetur, nec video, quò tendat tantus interpretum conflictus. nam & id perspicue appetet, quod substitutus post puberitatem bona tantum militis capi, quod ius proprium fideicommissi est, l. coheredi, §. quod si heredem, de vulg. & pupil. alioquin ciuilia uerba, seu directa in paganorum testamentis non trahuntur ad fideicommissum, l. uerbis, eodem titulo. Ea igitur substitutio militis fideicommissum est, aut saltem substitutio ad instar fideicommissi, ut sensit Christophorus Castilioneus. miles enim, quomodo cumque potest, quomodo cumque vult, testatur. itaque & emancipato filio, & extra-neo cuilibet eo modo potest substituere, l. miles, 41. §. pen. de mili. testam. At paganus, ut diximus, neque post puberitatem, neque extra-neis

## Liber Secundus.

58

neis potest substituere, si quandoque heredes fuerint, l. ex facto, 33. §. item quero, de vulg. & pupill. nisi si filium furiosum habeat, tunc enim & post puberitatem substituit hoc modo: Si filius meus manente dementia, uel furore decesserit, Caius heres esto: quod Justinianus induxit, l. Humanitatis, C. de Impuber. & c. nam antea non licebat, nisi id impetratum à Principe foret, d. l. ex facto. de vulg. & pup.

*ILLVM EI SVBSTITUTO]* At cuius heres erit hic substitutus: patrisnè, an filij? Si duo sunt testamenta, filij uidetur esse heres, si unum, patris. Proculieiani putabant duo esse testamenta, Sabiniiani unum, quod patet ex l. paterfamilias, 13. de priuile. creditor. ubi Iauoleni præceptores nominantur, fuit autem Iauolenus Sabinianus, l. 2. §. vlt. de Orig. iur. Unde uisum quibusdam confundi tabulas, & institutiones non debere, sed patrem debere prius sibi, dñe de filio heredem scribere, l. 2. §. prius, de vul. & pup. sub. potest etiam pater sibi per scripturam, filio per nuncupationem, uel è contrà face re testamentum, l. patris, 20. in fi. eod. tit. at certè unum est testamentum, sed duarum causarum, hoc est duarum hereditatiuum, l. 2. §. illud etiam de hered. vend. §. igitur. Inst. de pup. sub. nam sufficit, tabulas esse patris signatas, & si resignatae sint filij, & septem signa patris sufficient, d. l. patris, eod. nihil autem refert, dicat. Mihi heres esto, an Filio heres esto, l. coheredi, 42. in fi. l. paterfamilias, 46. in prim. eod. tit. l. 8. §. qui filio, de Bon. poß. sec. tab. qua de re & Cicerio non nihil lib. 2. de Inuen. Rhet.

## E P I T O M E.

**S**ed pupillaris substitutio ita secretâ esse debet, ut ad Lib. 2 notitiam substituti-peruenire non possit, ne uitæ pupilli aliquas substituti tutus insidias moliat. Nam in extrema pagina testamenti fieri debet, ut pars illa, in qua substitutio pupillaris scripta est, quandiu pupillus annos pubertatis egrediatur, obsignata permaneat, & prior pars testamenti, in qua heres scriptus est, reseretur. Hoc etiam & de donis fieri potest.

## Institutionum Caij

**N**E VITAE PUPILLI ALIQUAS SUBSTITUTYS  
INSIDIAS MOLIATVR.] Multi enim hoc perti-  
mescere solent, & si autem, Institut. de pupil. substit. nam si pupillus  
pubertatem egrediatur, iam substitutus spem succeedendi amittet;  
quamobrem etiam si pater testamento sua cauerit, ut filius apud substitutionem  
educetur, tamen praeator estimare debet, an non suspicio ul-  
la malignitas. t.i.D. Vbi pupil. educ. deb. facile enim mortem pupil-  
orum exoptant substitutioni, unde illud est Persii Sat. 2.

Pupillumque utinam, quem proximus heres  
Impello, expangam: namque est seahiosus, & acri  
Bile tumet. & facilè id euenire solet, ut significat Horatius  
Sermon. lib. 2. Sat. 5.

### VI & scribare secundus

Heres, & si quis casus puerum egerit orco,  
In uaeuum uenias. perraro hæc alea fallit.  
**N**ECAM IN EXTREMA PAGINA] In ima cara, ait  
Suetonius Iul. cap. 83. ut contrà primas caras nominat Neron. c. 17.

**OBSIGNATA PERMANECAT**] Si testator in priore  
parte testamenti id cauerit, d. S. si autem, in fin. Institut. de pupill. substit. Sed & idem est, si seorsum tabulas signatas reliquerit,  
etiam si non fuerit superscriptum, ne aperirentur, l. 8. Quemadme-  
ta. aper.

**HOC ETIAM ET DE DONIS FIERI POTEST.**) Verba hæc subobscura sunt. nihil autem aliud significare credo, quæ  
legata quoque, quæ à substitutione alicui dari testator præcipit, & idem  
postremis tabulis scribi debere. nam non minus legatarij uitæ pupil-  
li insidiarentur, quæmscirent, nihil se percepturos, nisi pupillus de-  
cederet, & locum substitutioni daret. Vtique autem & legatum do-  
num, seu donatio est.

## E P I T O M E .

**L**ib. 2  
**tit. 4.** **N**Am si extraneus heres scriptus sit, & si aliquem  
substituere non possumus, ut si heres existiterit,  
& intra aliquid tempus mortuus fuerit, alius ei heres  
sit, potest tamen per fideicommissum obligari, ut alij ro-  
gatus à testatore hereditatem aut integrum, aut pro par-  
te restituat.

Hac

## Liber Secundus.

59

**H**Acc Anianus. verba autem Caij facile existimò ea esse, que  
Institutionis habet in §. vlt. Inst. de pupil. substit.  
**E T S I A L I Q U E M S V B S T I T U V E R E N O N P O S S V-**  
**M V S &c.]** Qui semel fuit heres, amplius non potest desinere es-  
se heres, l. ei qui, de hered. insti. l. 1. ad S. C. Trebell. quamobrem et si  
hereditatem ex fideicommissio restituat, nihilominus heres permanet,  
§. restituta, Institut. de fideicom. hered. ac nisi post Pegasianum Sena-  
tus consultum stipulationes ad similitudinem partiariorum legata-  
riorum, aut emitæ, & uendite hereditatis interpositæ essent, uniuersa  
onera heres sustinebat. Hinc perspicere licet, fideicommissum non es-  
se substitutionem, ut passim uocant interpretes. Institutio enim est di-  
recta primi heredis appellatio, sic substitutione est directa secundi he-  
redis, uel tertij appellatio, quasi subinstitutio. & qui substitutionem  
fideicommissariam appellat, idem facilius potest dicere gibbum re-  
ctum, aut planitatem montosam. quare parcus ea appellatione uten-  
dum, quod & seruasse Iurisconsulti uidetur. Nam substitutus in lo-  
cum deficientis heredis heres est: contrà Fideicommissarius fideicō-  
missum habere non potest, nisi heres adierit hereditatem. Hec si ab  
alij animaduersa essent, non ita facile multis erroribus scaterent in-  
terpretum scripta. Hinc falsa illa adscueratio, substitutionem uerbis  
directis compendiosè (vt aiunt) factam, quæ nullo tempore direc-  
to ualere possit, post mortem ad fideicommissum trahi, quam meri-  
tò improbat Alexander, qui pater veritatis cognominatus est. &  
apertissime locus hic Caij refragatur comprobatus (vt diximus) à In-  
stitutione in §. vlt. Inst. de pup. sub. frustra enim id esse priuilegium  
militis dixisset Papinianus in l. Centurio, de vul. & pup. quod supe-  
rius declarauimus. Nam quod hoc uerbum inuicem substituo,  
commune uocauit. Modestinus in l. 4. de vul. & pupill. substit. non  
etiam fideicommissorum commune esse intelligendum est, sed  
tantum vulgaris, & pupillaris substitutionis, ut a-  
periè ex eo loco colligitur, & Vigilius consi-  
derat. At falsus intellectus ueri-  
tati preualuit: itaq;  
bodie eo iure  
utimur,  
nam & Pontificijs legibus comprobatum uidetur, c. Rainu-  
tius, ext. de Testam. c. 1. de Testam. in Sex.

Hierony. Aleand. Comit.

H 3

L E

## De Legatis. Cap. XI.

## E P I T O M E.

Lib. 2  
tit. 4.

EGATORVM genera sunt quatuor, Vindicationis, damnationis, finendi modo, & Præceptionis. Vindicationis legatum est, si testator sic loquutus fuerit: ILLVM SERVVM TIBI DO, aut LEGO: vel ILLAM REM TIBI PRAESUME, HABE, VINDICA. Quod post mortem testatoris statim legatarius non expectato herede sibi præsumit. quam si præsumserit, nec pro præsumto legato ab herede potest calumniam sustinere, nec si alienæ res fuerit, quæ legata est, legatarius hoc poterit ab herede repeteret. Si per vindicationem una res multis legata sit, & singuli hanc ipsam rem præsumere uelint, æquales singuli de re legata capiunt portiones.

**D**iluit tacitam obiectionem Iustinianus inslit. hoc tit. cur hoste modos adquisitionis singularium rerum interferat, quum de universalibus adquisitionibus uerba facere instituerit: quia scilicet de testamentis, & hereditatibus testamentariis disertum est, testamentis autem dantur legata, ideo non abs re uisum, delegatis dicere. quæ ratio & Caio inferuet.

**S**I TESTATOR SIC LOQUVTUS FVERIT ] Ulpianus in fragmen. tit. 24. Per vindicationem his uerbis legamus: DO, LEGO, CAPITO, SVMITO, sive HABETO.

**Q**UOD POST MORTEM TESTATORIS STATIM LEGATARIUS NON EXPECTATO HEREDE, &c.] An igitur ante aditam hereditatem minime gentium. nam si hereditas non adeatur, infirmatur testamentum, ut dixi Cap. 8. & nihil valet ex his, quæ testamento scripta sunt, l. 9. de Testam. tit. quamor-

brem intelligendum post aditam hereditatem. quod autem ait, non expectato herede, hoc yult inferre, ut legatarius necesse non habeat e manu heredis rem legatam percipere, quum ipse per se possit uindi care: habet enim huiusmodi legatarius actionem in rem aduersus quæ cunque personam, quod & Theophilus exponit. Si tamen ante aditam hereditatem ceſſisset legatarius, huiusmodi legatum ad heredes transmittebat, quod ius in ceteris non erat, ut tradit Paulus libro 3. senten. tit. de Legat. & si non aditum constituisset legatum ad se pertinere, dummodo id cuenisset post apertas tabulas, hoc est postquam dies legati ceſſisset, nam ex lege Papia dies legati cedebat ex apertis tabulis. Hodie vetus ius restitutum est.

**S**IBI PRAESVMIT ] male Patauij, SI PRAESVMAT: NEC PRO PRAESVMTO LEGATO AB HEREDE POTEST CALVMNIAM SVSTINERE, ] Hoc significat Aniani verba, ut non possit heres ullam exceptionem legatario vindicanti opponere, quominus ille sua manu rem capiat legatam: quem tamen si immobilis esset, utroque tempore ex iure Quiritium esse debuerat testatoris, mortis scilicet, & testamenti faciendi tempore. Et vero numero, pondere, aut mensura, contineretur, satis erat, si vel mortis duxerat tempore fuisse ex iure Quiritium, ut refert Ulpia. Reg. gul. tit. 24. §. 6.

**N**EC SI ALIENA RES FVERIT &c.] In legato vindicationis heredis factio opus non est, ideo alienares per vindicationem legari non poterat: quia legatarius, suam esse rem dicere nequibat, quæ formula vindicationis propria est. Facile pertinet ad hanc rem. l. Stichus. 39. de Man. testam. & l. propemodum, 88. de verb. sign. si in ea admittamus uerbum illud alieno, quod potius crediderimus, delendum.

**S**IT PER VINDICATIONEM UNA RES SINGULIS RELICTA SIT ] sine coniunctim, sine disiunctim. coiunctim hoc modo, Titio, &c. Seio fundum Tusculanum do lego. hoc enim casu concursu partes fiebant. ac de hoc legato accipienda est l. coniunctim, &c. de lega. 3. Disiunctim ita; Titio fundum Tusculanum do lego; Seio fundum Tusculanum do lego. & hoc casu non concursu, sed singulis partes debebantur. quod intelligit Iustinianus in l. vñ. §. sin antem disiunctim, C. de Caduc. tol. ut res de diuinauit Accurſus.

## E P I T O M E.

Lib. 2 Per damnationem isto ordine legatum dimititur, ut  
ti. 5. testator in testamento scribat; TV HERES MEVS  
ILLI HOC DA. aut, ILL VD ILLI AB HEREDE  
MEO DARI IVBEO. In quo genere legati etiam aliena  
res per legatum dimitti possunt. Et necesse est herede  
di, aut redimere eam rem, quae iuris alieni est, & legata  
rio tradere; aut si is, cuius est res, uendere noluerit, quan  
tum res illa ualebit, legatario in pretio compensare. Sed  
si testator rem alienam quasi suam credens per hoc  
genus legatum reliquerit, legatarius hoc ab herede petere  
non potest: & inutile est legatum. Nam si sciens alienam  
esse, per legatum dederit, necesse est ab herede, aut ipsa  
rem, aut aestimationem rei in pretio legatario  
dari.

PER DAMNATIONEM ISTO ORDINE] Vlpianus  
in fragm. regu. tit. 24. has formulas prodit; HERES MEVS  
DAMNAS ESTO DARE. DATO. FACITO. HE  
REDEM MEVM DARE IVBEO.

IN QVO GENERE LEGATI ET IACM ALIE  
NAE RES &c.] Hoc in legato heredis factio opus est, nam ipse  
damnatus est legatario praestare, non legatario potestas data est, uin  
dicandi. Ideo si aliena res legata sit, potest eam heres emere, & lega  
tario dare, quo pertinet l. alienis. 6.1. ad leg. Falcid. nam si emere iu  
sto pretio non poterat, estimationem dabat.

AUT SI IS, CUIUS EST RES, VENDERET NO  
LVERIF.] Aut et si uendere quidem uoluerit, sed immodico pretio,  
tunc enim duntaxat estimationem, quanti ea res est, inferre lega  
tario potest heres, l. non dubium, 1.4. in si. de legat. 3.

LEGATARIO HOC AB HEREDE PETERE NON  
POTEST.] nisi proximus sit testatori, aut uxori, uel alia talis

persona,

persona, cui legatus esset, & si sciret rem alienam esse, l. quum ali  
nam, 10. C. de legat. Legatarium autem probare oportet, scilicet de  
functum alienam rem legare, quia semper necessitas probandi incu  
bit illi, qui agit, l. Verius, 2.1. de Probat. Idem iuris est in re obliga  
ta, necesse enim heres habet eam luere, & legatario praestare, S. sed  
& si rem, Instit. hoc tit. Paul. lib. 3. Senten. hoc titu. S. si res obligata.  
Quid vero si debitor rem obligatam legauerit creditoris legatum  
retinebit, ac debitam pecuniam ab heredibus exiget, l. creditorem, de  
leg. 2.

NAM SI SCIENS ALIENAM &c.] Hoc totum re  
petitum est absque ulla necessitate.

## E P I T O M E.

C Aeterum inter damnationis legatum, & vindicatio  
Li. 2. nis hoc interest, quod per vindicationem res alie  
tit. 5. na relinqu non potest; per damnationem eo pacto, quo  
superius comprehensum est, potest. Illae etiam res, quae  
in rerum natura non sunt, per damnationem legato di  
mitti possunt, uelut si ita testator in testamento scribat;  
FRVCTVS, QVI EX ILLO A G R O NATI FVE  
RINT, aut, ID, QVOD EX ILLA ANCILLA  
NATVM FVERIT. quod in legato uindicationis fie  
ri non potest; quia non potest haec legatarius testatore  
mortuo continuo uindicare.

Q VAE. IN RERUM NATVRÆ NON SUNT] Sed  
futura sperantur, l. 24. de lega. 1. l. etiam, 17. de lega. 3. S. ea  
quoque res, Instit. eod. tit. nam quis legasset: Stichum, qui mor  
tuus est, heres nehus Titio dare damnas esto, inutile, & ri  
diculum foret legatum.

TESTATORE MORTUO] & adita hereditate, ut supra  
dictum est.

## E P I T O M E.

**Lib. 2** Inter legatum vindicationis, & damnationis ista simili-  
tit. 5. **I**tudo est, quod per legatum vindicationis, siue dam-  
nationis si coniunctim, idest, duobus, aut pluribus una  
res in legato dimissa fuerit, in utroque legato simul ab  
omnibus presumatur. Inter legatum vindicationis, &  
damnationis ista distantia est, ut si disiunctim, idest singulis  
quæcunque res per legatum damnationis relictæ  
fuerit, singulis integra debeatur; idest, ut unus rem ipsam  
accipiat, alij estimationem rei ipsius in pretio ab  
herede percipient.

**S**IMVL AB OMNIBVS PRÆSTVM ATVR.] Non  
per omnia procedit hæc similitudo, sed in hoc tantum, ut quis-  
que legatarius partem habeat. nam si in legato vindicationis lega-  
taris rebus coniuncti sint, concursu partes sunt, ut iam dictum  
est. Si vero in legato damnationis eo modo sint coniuncti, non  
concursum faciunt, sed singulis ab initio partes debentur, si que intel-  
ligenda est b. pland. 34. §. si coniunctim, de lega. 1. quid vero refere-  
bat, concursu partes haberent, an singuli? illud nimis, quod quin  
partes concursu fieri deberent, non concurrente altero pars eius alte-  
ri ad crescerebat, at quin singulis ab initio partes deberentur, non ca-  
pientis pars in hereditate remanebat, nec collegatario ad crescerebat, l.  
Si Titio. 7. de lega. 2. Et hec quidem inre civili procedebant; at post  
legem Papiam deficientium portiones caducae fiebant, ut demon-  
strat Vlpianus tit. 24. in Fragm. §. optimum. & seq. que omnia suscep-  
tit Iustinianus. nam & caducarias leges abrogauit, & nullam st-  
tuit esse legatorum differentiam.

**SINGULIS INTegra DEBET ATVR.**) Idque est, quod  
intelligit Paulus lib. 3. sent. tit. de Legat. §. 2. in legato vindicationis  
disiunctim relictæ singulis partes debentur: nam si unus solidum  
vindicasset, alter non haberet, quid vindicaret.

Sinendi

## E P I T O M E.

**S**INENDI MODO HÆC LEGATI VERBA SUNT:  
MEVS REM ILLAM ILLVM PERMITTE tit. 5.  
PRAESVMERE, ET SIBI HABERE. Nam & pro-  
priam rem testator, & heredis sui, & alienam per sinen-  
di legatum relinquere potest. In quo legato non quidē  
heres legatario rem, quæ relicta est, iubetur tradere, sed  
vindicantilegatario non permittitur prohibere.

**S**INENDI MODO, HÆC LEGATI VERBA SUNT:  
Apud Vlpianum lib. singul. reg. tit. 24 ea formula est: HERES  
MEVS DÆMINAS ESTO SINERE, L. TITIVM  
SUMERE ILLAM REM, SIBIQ. HABERE.

**N**AM ET PROPRIAM REM TESTATOR &c.] Le-  
gendum est; **N**AM ET PROPRIAM REM TESTA-  
TOR, ET HEREDIS SVI, NON ALIENAM PER-  
SINENDI LEGATVM &c. Vlpian. in fragmen. ita loquitur:  
Sinendi modo legati possunt res propriæ testatoris, & he-  
redis eius. Alienæ res sinendi modo legari non possunt, quoniam sa-  
etum heredis non requiritur, sed tantum patientia, quæ in eiusdem  
tantum rebus, & in ijs, quæ testatoris fuerant, aliquid operari potest.  
in alienis non item. Nam si heres permittat, legatarij alienam re  
vindicare, is non recte vindicabit. si patiatur vindicare rem testato-  
ris, aut suam, recte fiet vindicatio. Hoc sinendi legatum vindicationis  
legato simile est, ut statim subiungitur.

## E P I T O M E.

**P**Ræceptionis vero legatum non nisi uni ex heredi-  
bus dari potest, ut aliquid ei hereditate precipuum tit. 5.  
relinquatur. Et si aut coniunctim, idest multis, aut  
disiunctim singulis relinquatur, omnibus una res tan-  
tum,

## Institutionum Caij

tum, quæ nominata est, debetur, non uni res, & alij æstimatio, sicut in legato damnationis est constitutum.

**PRAECEPTIONIS VERO LEGATVM ]** Cuius ed est formula; LUCIVS TITIVS ILLAM REM PRAECEPTO, ut est apud Ulpi.in frag. regul.

**NON NISI UNI EX HEREDIBVS ]** Nam qui dicit PRAECEPTO, sine dubio presupponit partem hereditatis, significat enim ad partem, quam ei relinquit, uelle eum illam rem preci piuam habere, ut Theophilus ait. quid vero si heres, cui præceptionis titulo legatum est, hereditatem repudiet? Et constat legatum nihilominus posse petere, l. filio, 87. de lega. i. l. quum responso, 12. C. eod. titu.

**ET SI AVT CONIUNCTIM, DEST MULTIS &c.)** lego **ET SI AVT CONIUNCTIM MULTIS, AVT DISIUNCTIM SINGVLIS.**

## De Lege Falcidia. Cap. XII.

### E P I T O M E.

Lib. 2  
tit.6.



**E G E FALCIDIA** constitutum est; quicunque heres fuerit institutus quartam partem totius hereditatis habeat. Quod si testator hereditatem suam legatis exinanierit, hoc statutum est; ut Falcidiam sibi de imminutione legatorum heres retineat, constante nihilominus testamento. Hic de Pauli Sententijs addendum.

**E G E FALCIDIA ]** Fuit Lex Falcidia Plebiscitum, tulit enim P. Falcidius Tribunus plebis, ut testatur Dio.lib.48. & fidor.lib.5. etymolog.cap.15. cuius verba à Gratianoreferuntur in

c.que-

## Liber Secundus.

63

c. que dam, dist. 2. lata est anno secundo Imperij Augusti, P. Servilio Isaurico iterum, & L. Antronio Coſ. ut Eusebius in Chron. tradit.

**HOC STATUTVM EST, VT FALCIDIA.** [M. Sc.]

Falcidiam uocat quartam partem, ut passim in Jure. nam secundo capite legis Falcidie cautum est, ut omnimodo quadrans integer apud heredem remaneat, l. 1. D. ad leg. Falc. optima sane ratione, nam quum lege 1. tabularum libera esset potestas exinanieri totam hereditatem legatis, facile recusabant scripti heredes pro nullo, aut minimo lucro hereditatem adire, unde destituebantur testamenta. quod refert Iustin. in suis Instit. in princ. huīis tit. Nec uero post legem Falcidiā poterat testator prohibere, ne quadrās ab herede retineretur. bodie potest ex eiusdem Iustiniani constitutione, ut monui supra ad Cap. vi. de Testamentis. Cetera que ad hanc legem pertinent, ab alijs tractata sunt. Ne verba Caij, aut Anzani uiceris procedere non patiuntur.

**HIC DE PAULI SENTENTIJS ADDENDVM.** Desunt hæc uerba ab Editione Patanina. vidit nimilium, qui edidit, non esse Caij, qui Paulum etate precessit. uerū non animaduerit, & cetera, quæ in hac Epitome sunt, non esse propriè Caij. Anzanius evit dixi in huīis operis initio. In Iusu Regis Alarici centonem fuit ex Theodosiano, & Gregoriano Codice, Pauli Sententijs. Caij Institutionibus, & alijs Iurisconsultorum libris, quos ipse suis interpretationibus deturpauit potius, quād illustravit, ut ferebant Visigothorum instituta. Sepe uero delegat lectors ad alias Iurisconsultorum locos, ut in interpretatione l. 2. C. Theod. de Dotib. ubi scilicet: De retentionibus vero, quia hoc lex ista non euidenter ostendit, in iure, hoc est in Pauli Sententijs, sub titulo de dotibus requirendum, aut certè in Pauli responsis sub titulo de Re vxoria. & ad l. 2. C. Theod. de Fnoff. dotib. Hic de iure addendum, quid sit lex Papia. sic ad l. 2. C. Theod. de legit. here.

Hic de iure addendum, quid sit Fiducia. pariter ad

l. 2. cod. C. de Renocan. donat. Hic de iure

requirendum de Renocan-

dis donationibus. In-

super & in hac

Epitome

lib. 3. cap. 3. ita loquitur; Exponendum hic, quid sit

donum, aut munus, uel opera.

POTEST

## De Fideicommissis. Cap. XIII.

## E P I T O M E.

Lib. 2  
tit. 7.

TEST aliquis recto iure heredem instituere, & rogare eum, ut hereditatem suam, aut omnaem, aut ex parte alij per fideicommissum reddat. Nam si heredem directo iure non instituerit, fideicommissarius non potest ad alium acceptam hereditatem transmittere. Sed in hac quoque re hoc obseruandum est, quod de Falcidia supra iam dictum est, ut heres institutus etiam si omnem hereditatem alij restituere iussus sit, ita hereditatem alij restituat, ut quartam sibi ex ipsa hereditate retineat.

**F**ideicomissa dicta sunt, quia nullo iuris vinculo, sed tantum si fide, & pudore eorum, qui rogabantur, continebantur. postea ad necessitatem iuris tracta sunt, ut refert Justin. in titu. de fideicom. hered.

[**E**t ROGARE EUM &c.] Fideicomissa non cūilibus uerbis, sed precatiū relinquuntur, ut ait Vlpian. in fragmen. hoc titu. veluti: Lucius Titius heres esto. Rogo te Luci Titi, ut cum primum poteris hereditatem meam adire, eam Caio Seio reddas, restituas. §. in primis, Instit. eod. Precaria uerba sunt etiam, Peto, uolo, mando, deprecor, opto, cupio, iniungo, desidero, fideicommitto, §. vlt. Institu. de Sing. reb. per fideicom. leg. 2. C. Commun. de legat. Paul. libro 4. sentent. titu. primo. Vlpian. in fragm. In beo quoque precarium est, l. Aurelius, 28. §. vltim. de liber. legat. neque enim semper imperatiū est, quod cognosci potest, quia dicimus, Titium

rium saluere in beo, & huiusmodi. Commendo non est uerbum precatiū, leg. 11. §. si ita quis, de leg. 3. l. 12. C. de Fideicom. libert. Possunt autem concipi plures formulæ ad Fideicommissum relinquendum, ut Cupio des, opto des, credo te daturum, l. 114. de lega. 1. Exigo, desidero, uti des, Volo hereditatem meam Titij esse, Scio hereditatem meam restituturum te Titio, l. 118. de lega. 1. Vel etiam si testator cum eo loquatur, cui fideicommissum relinquit, ueluti: Peto Luci Titi contentus sis centum aureis, l. 69. de lega. 2. Scire tē volo donare me tibi aureos octingentos, l. 75. de lega. 2. & eiusmodi.

**A**UT OMNEM, AUT EX PARTE) Aut purè, aut sub conditione, aut ex certo die, §. in primis, Instit. de fideicom. hered.

**N**AM SI HEREDEM DIRECTO IVRE NON INSTITVERIT.) Inutile est testamentum, in quo nemo heres instituitur, d. §. in primis, nam heredis institutio capiu; & fundatum est totius testamenti, §. ante heredis, Instit. de lega. Ideoq. & fideicommissum inutile erit eo testamento datum. at datum ab intestato ualebit: ut si quis legitimū heredis, aut eius, qui bonorū possessor futurus est, fideicomittat, l. 1. §. hoc aut, l. 6. §. meminisse, ad S. C. Trebell. l. 3. C. eod. l. 3. D. de Iu. Codicil. l. 8. eod. §. prætereat, Inst. de fideic. hered. Quid aut illud est, FIDEICOMMISSARIVS NON POTEST AD ALIUM ACCEPTE AM HEREDITATE TRANSMITTERE? Si fideicomissarium intelligamus eū, cui reliquum est fideicommissum, curis ad aliū hereditatē adquisitā transmittat? Aut librarius uerba Aniani, aut Anianus Caij sententiā deprauavit. nisi capiamus fideicomissarium pro eo, qui rogatus est restituere. vt scilicet testator testamentū fecerit, in quo nemini herede instituerit, rogauerit aut eo testamēto aliquē, ut hereditatē suam Titio restituat. & constat, bunc non posse eam hereditatem ad Titium transmittere. Certè & qui restituere rogatus est, fideicomissarius dici potest, l. quamvis, 51. de indic. Nove. 118. prop̄ finem.

**Q**UOD DE FALCIDIA SUPRA IAM DICTV EST.) Senatus consultum Pegasianum traxit legem Falcidiā etiam ad fideicomissa, ut scriptus heres, qui hereditatem restituere rogatus sit, quadrantem retineat, §. sed quid, Inst. de Fideic. here. Vlp. lib. reg. tit. 25. Paul. l. 4. sent. tit. 3.

Et

## E P I T O M E.

**L**ib. 2. **E**T singulæ quæcunque res per fideicommissum dimit. 7. mitti possunt, hoc est, aut fundus, aut domus, aut mancipium; aut argentum. Ab ipso fideicommissario alteri fideicommissum dimitti potest. & à legatario licet legatum dimitti non possit, fideicommissum potest. Et non solum propriæ res à testatore per fideicommissum dimitti possunt, sed etiam ipsius heredis, aut legatarij, aut cuiuslibet extranei, ne legatarius, cui per testamentum parum dimissum est, plus alij per fideicommissum, quæ id, quod consequitur, reddere iubeatur. Quùm autem aliena res per fideicommissum relinquitur, necesse est heredi, vel legatario rem illam, quæ per fideicommissum est relicta, aut redimere, & fideicommissario dare, aut pretium eiusdem rei, quantum aestimata fuerit, fideicommissio numerare, sicut in damnationis legato fieri diximus.

**E**T SINGULÆ ] Verba Caij illa forte sunt, quæ Iustini in. habet in tit. de Sing. reb. per fideic. rel.  
**E**T A LEGATARIO LICET LEGATVM &c.] §. 1. Inst. eod. Legatum est donatio sine onere, ideo non potest legatarius onerari, ut quodcum donatum est, is alij donet. potest tamen rogari, ut rem donatam alij restituat: & si libuerat, olim restituebat. hodie velit, nolit, restituet.

**E**T NON SOLUM PROPRIÆ RES &c.] §. potest. Institut. eod. Sed si alienam rem tanquam suam testator per fideicommissum reliquerit, non relicturus si alienam scisces, ut soleat legatum, ita inutile erit fideicommissum, Paul. senten. lib. 4. l. Prædia, c. de fideicommissis.

**N**E LEGATARIUS ] lego DVMMODO. **N**E LEGATARIUS &c. Potest rogari, ut rem legatam restituat; potest ut tantum-

tantundem præstet: ut plus restituat, quam accepit, rogari non potest, l. i. §. si is qui ad Trebellian. §. hoc solum, Inst. de Sing. reb. per fideic. rel. Legatarius autem non potest detrahere Falcidiam, quia hoc ius soli heredi datum est, l. lex Falcidia, 47. in fin. D. ad legem Falcid.

**N**ECESSE EST HEREDI, VEL LEGATARIO ] Peccata impressum Patavij hoc modo: **N**ECESSE EST HEREDI TENERE, VEL LEGATARIO REM ILLAM, QVAE PER FIDEICOMMISSUM EST RELICTA, AUT REDIMERE, VEL REDDERE, AVT FIDEICOMMISSARIO DARE, &c.

**S**ICUR IN DAMNATIONIS LEGATO FIERI DIXIMVS ] Ulpianus. in fragmen. tit. 23. Res per fideicommissum relinqui possunt, quæ etiam per damnationem legari possunt.

## E P I T O M E.

**L**ibertates etiam seruis per fideicommissum dari possunt, ut heres, vel legatarius ea mancipia manumittant, quæ testator ab ijs, ut manumitterent sperauit. Nec interest, utrum hoc testator de suis seruis, an de ipsius heredis, vel legatarij, aut de alienis scribi iubeat. Quod si de alienis fecerit, similiter cogitur heres emere ipsum serum, & manumittere. Sed si illum dominus suus noluerit uendere, perit per fideicommissum data libertas; quia in hac re heres estimationem in pretio dare non cogitur: Sed quum per fideicommissum libertas datur, is qui manumissus fuçnit, non testatoris, sed heredis libertus est.

**Q**UAE TESTATOR AB HIS UT MANUMITTERENT SPERAVIT ] Si quis testamento sic dixerit: Spero Luci Titi, te manumisserum seruos meos Stichū, & Erotem: Fideicommissariam libertatem deberi credo. fac ille Hier. Ale. Commen. I enim

## Institutionum Caij

enim in favorem libertatis respondendum est.

**N&C INTEREST, VTRVM HOC TESTATOR D E SVIS, &c.]** Siue putauerit alienos esse, & sui fuerint, siue puta uerit suos, & alieni sint, l. Paulus. 39. de Fideicom. liber. quod in legatis, & fideicommissis pecuniaris non procedit, ut ante dixi.

**QVIA IN HAC RE HERES AESTIMATIONEM IN PR&TIO DARE NON COGITVR**) Nam libertas inestimabilis res est, l. libertas, l. non est singulis, de regul. iur. Hodie tamen non perit, quia potest tempus occasionem quandoque offerre serui manumittendi, §. libertas, Inst. de sing. re. p. Fide. reli. uide que dixi lib. 1. Cap. 3.

**NON TESTATORIS, SED HEREDIS LIBERTUS EST**] s. pen. Inst. eod. l. 7. C. de Fideic. libert.

## E P I T O M E.

**Lib. 2** Præterea inter fideicomissa, & legata sunt quæ  
tit. 7. dām distantiae. Fideicommissum ad eum, cui ali-  
quid commissum est, herede mortuo poterit perueni-  
re, si talis fuerit conditio testamenti; nam legatum ita  
relinqui non potest. Item legatum per Codicillum re-  
lictum non ualet, nisi codicilli testamento fuerint con-  
firmati: fideicommissum verò, etiamsi testamento co-  
dicilli non fuerint confirmati, nihilominus debetur.  
Item per legatarium legatum alteri relinqui non potest,  
sed fideicommissum potest. Item per legatum seruo alic-  
no directa libertas dari non potest; per fideicommissum  
potest. Item per codicillos nemo heres institui potest,  
quamvis testamento confirmati sint: Sed is, qui testa-  
mento heres fuerit institutus, potest per codicillum ro-  
gari, ut hereditatem, quæ ei data est, aliquotam, uel pro  
parte restituat. quod ualidum est, etiamsi codicilli testa-  
mento non fuerint confirmati.

Sunt

## Liber Secundus.

66

**S**VNT QVÆDAM DISTANTIAE] quas abstulit In

stinianus, l. 2. C. Comm. de lega. §. nostra autem, Inst. de lega.

**A**D EVM, CUI ALIQUID COMMISSVM EST) lego  
DIMISSV M EST. hoc verbo quam sepe vtatur Anianus,  
bit libellus demonstrat. Sed & lubet adnotare alios eiusdem locos  
in Theodosiani Codicis interpretationibus, quas ipse scriptit. habet  
igitur ad uerbum pro relinquere, ad l. 2. C. Th. de Inoff. testam. ad l.  
3. C. eod. ad l. 4. eod. ad l. vn. C. de Inoff. dona. ad l. vn. C. de Here. pet.  
ad l. 1. C. de Fam. herci. ad l. 2. C. de sec. nup. ad l. 2. de Test. & Cod. ad  
l. 1. de lib. ca. ad l. 4. Vnde vi. ad l. 4. de legit. here. ad l. 7. eod. ad l. 9.  
de mater. bon. ad l. vn. de bon. qua fil. fam. ad l. 2. C. Gregoriano, de  
Inoff. testamen. ad l. 1. C. Greg. de Fami. hercif. ad Nouel. 2. Theodo-  
tit. 11. l. 1. ad Nouel. Valent. lib. 2. tit. 6 ad Non. eiusd. ti. 12. ad Non.  
1. Seueri lib. 5. ad Pauli Sentent. lib. 1. tit. 20. ad lib. 3. tit. 2. & tit. 7.  
ad lib. 4. tit. 1.

**N**AM LEGATVM ITA RELINQUI NON PO-  
TEST] Post mortem heredis legari non potest, ne ab heredis he-  
rede legari videatur, quod iuris civilis ratio non patitur, ait Vlp. in  
fragm. tit. 24. & Paul. lib. Sent. 3. tit. 6. quod emendauit Justinianus,  
§. post mortem, Inst. de lega.

**I**TEM LEGATVM PER CODICILLVM RELICTVM  
NON VALET.] §. præterea, inst. de Fideicom. hered. Condito te-  
stamento, codicilli pars testamenti esse intelliguntur, ideoque legatum  
in ijs relictum ualet, ac si testamento scriptum esset. quum vero nullum  
sit testamentum, codicilli ab intestato scripti esse dicuntur: sed  
legatum ab intestato relinqui non potest, l. antepen. de lega. 1. quoniam  
quem testator institutione non honorat, nec legato debet onerare, po-  
test tamen precario petere, ut aliquid alij det.

**I**TEM PER LEGATVM SERVO ALIENO DIRE-  
CTA LIBERTAS DARI NON POTEST) Directa liber-  
tas similis est legato uindicationis, ac sicut alienares per uindica-  
tionem legari non potest, ita nec alieno seruo libertas dari potest. quo-  
niam qui directo manumittitur, ipso iure liber fit, nec heredis factum  
requirit, ut manum (ut dicitur) in alienam messem mittere nemo de-  
bet. quum & ab alienorum seruorum manumissione abstinuerint  
quoque Imperatores, quamvis ad id lacesiti populi adclamatione, ut  
ostendi lib. 1. obseru. cap. 21.

**T**TE M PER CODICILLOS NEMO HERES INSTI-  
TUI

7 2 TUI

## Institutionum Caij

**TU I POTES T.**] At hic non tradit differentiam inter legata & fideicommissaria: nam huic rei non uidetur se adstrinxisse; magis enim uim, & proprietatem fideicommissorum explicare pergit, & quem uult ordinem sequitur. Codicillorum origo apud Iustinianum videnda est, titulo de Codicillis. Porro his neq. dari hereditas, neque adimi pot. l. 2. C. de Codic. §. Codic. Inst. de Codi. nam Codicilli sunt qdem pars testamenti, sed pars, quae separata testamentum non corruit. at separata heredis institutione irritum fit testamentum; quia ex ea suis habet uires, adeo ut ante heredis institutionem legari non posset, quoniam & potestas testamenti ab ea incipit. Ulpian. §. ante, in fragm. tit. 24. Paul. lib. 3. Sent. tit. 6. §. ante. Institut. de lega. ac codicilli etiam si ante testamentum facti sint, semper intelliguntur sequere testamenti.

**ETIA M SI CODICILLI TESTAMENTO NO N FVERINT CONFIRMATI.**] Nimirum quia & ab intestato fideicomissa dantur, ut superius dictum est.

## E P I T O M E.

**Lib. 2 tit. 7.** Item quamuis non possimus post mortem eius, quem heredem instituimus, alium ei substituere, tamen per fideicommissum rogare non possumus, ut quum moriat, alij eam hereditatem uel totam, uel pro parte restituat. Et quia, sicut superius dictum est, etiam post mortem heredis fideicommissum ei, cui relictum est, dari potest; quod hoc ordine sit, ut testator scribat: **I L L V M HEREDEM INSTITVO, ET VOLO, VT, QVVM MORTVVS FVERIT, AD ILLVM HEREDITAS MEA PERTINEAT.** Præterea & in hoc alia fideicommissorum, & legatorum conditio est, quia fideicomissa si tardius, quam scriptum est, soluta fuerint, usure, & fructus debentur. Legatorum vero usure non debentur, sed ex mora solutionis, si per damnationem relicta fuerit, duplicantur.

Quamvis

## Liber Secundus.

67

**Q** UAMVIS NON POSSIMVS POST MORTEM EIUS &c.] Possimus post mortem filii impuberis, quia videmur pro eo testamentum facere, at post eius mortem, qui testari potest, nemo substituere potest, quia huiusmodi substitutio inualida est, nec trahitur unquam ad fideicommissum, ut dixi cap. x. Neque obstat l. Scœula, 76 ad Treb. quia ibi & filius impubes decepit, & substitutio testamento adscripta non est, sed codicillis, quo casu uidetur testator uoluisse fideicommittere: alioquin nullo modo ualeat substitutio Codicillis scripta, l. pen. C. de Codicill. nam si ea substitutio non codicillis, sed testamento adscripta fuisset, nunquam respondisset Scœula, placere, ut fideicommissum intelligatur. nam codicilli semper arguunt fideicommissum, quum nihil obstat aperte contrarium, l. illud, 13. §. tractari, de Iu. Codil. l. vlt. §. illud quoque. C. de Codicil. & hoc est uerum.

**ET QVIA SICUT SUPERIUS &c.] vacat QVIA.**

**AD ILLVM HEREDITAS MEA PERTINEAT.**] Patet p. 3. ENIAT.

**LEGATORVM VERO VSURÆ NON DEBENTUR, SED &c.]** Contrà videntur esse l. 1. vlt. C. de usur. & fruct. lega. & Paulus lib. 3. Sent. tit. vlt. qui sic ait: Ex mora præstandorum fideicommissorum, uel legatorum fructus, & usura repeti possunt. Mora autem fieri uidetur, quum postulanti non datur. Sed ita conciliabimus: vt si mora ex inficiione nascatur, tunc dupletur actio, Paul. Sentent. lib. 1. titu. 19. §. vlt. Instit. de Oblig. que qua ex contr. Si vero hores non inficietur quidem legatum, sed moram faciat, puta sub obtentu legis Falcidie, l. 2. C. de usur. leg. tunc usura, & fructus debeantur. In ceteris legatis mora non consideratur, quia legatarius quandocumque vult vindicat. Hodie tamen, quia omnia legatae ex equata sunt, inficiando lis non crescit, sed tantum ex mora usura prestantur,

præterquam in legatis,  
qua pietatis intuitu relicta sunt, d. s. vlt. Instit. de oblig. que quasi ex con. §. ex maleficis, de actionibus.

Hier. Alcan. Comm.

13

IN:

De Intestatorum hereditatibus.  
Cap. XLI.

C A I V S.

**I**NTESTATORVM hereditates lege duodecim tabularum primum ad suos heredes pertinent. Sui autem heredes existimantur liberi, qui in potestate morientis fuerint, ueluti filius, filia, uel nepos neptis yē, pronepos proneptisvē ex nepote filio nato prognatus, prognatusvē. nec interesse naturales naturales liberi an adoptiui. Ita demum tamen nepos, neptisvē, & pronepos, proneptisvē suorum heredum numero sunt, si precedens persona desierit & siue alia ratione, uelut emancipatione. Nam si per idem tempus, quo quisque morietur, filius in potestate eius sit, nepos ex eo suus heres esse non potest. Idem & in ceteris deinceps liberorum personis dictum intelligimus.

**P**ost rerum acquisitiones ex hereditatibus testamentarijs, reliquā erat, ut de ijs acquisitionibus differeret, quae per hereditates ab intestato nobis obueniunt, quod hoc capite facit, & sequenti. Preclarum autem hoc fragmentum, quod utrumque caput complectitur, sumsimus ex collatione legum Mosaicarum, & Romanarum tit. vlt. quam edidit eruditissimus Petrus Pitheus, cui profecto tantum debet Respublica litteraria, quantum benemerenti homini deberi par est. In eo autem & si ita est; Caius Institutionum libro III. legitimās sic ordinat successiones. Intestatorum, &c. tamē nos hoc libro posuimus, quia si tres tantum libros institutionum scripsit Caius, ut diximus in huius operis initio, facile credendum est, hac tractaſe hoc libro, quām materiam rerum adquisitionum sequatur,

Lib ēr Secundus:

68

tur, nec eum ordinem confundat, ut primo libro de personis, secūdo de rebus, tertio de obligationibus loquatur. legendum igitur eo loco, libro II. ut Pitheus quoque sentit. facilis est autem notarum lapsus.

**I**NTESTATORVM] Intestatus decedit, qui aut omnino testamentum non fecit, aut non iure fecit, aut id quod fecerat, ruptum irritumque factum est, aut nemo ex eo heres exstitit, ut ait Iustinia. in primit. de heredi. que ab inte. def. l. 1. de suis, & leg. her. que quomodo accident, non nihil diximus supra Cap. vi. vii. & viii.

**S**VI AUTEM HERIDES EXISTIMANTVR LIBERI] Liberorum appellatione & filij, & nepotes, & pronepotes, ceterique continentur, l. liberorum, l. cognoscere, §. vlt. l. filij, de verb. signi. Quare autem dicantur sui heredes, diximus supra Cap. 9.

**Q**VI IN POTESTATE MORIENTIS] ergo filius eius, qui apud hostes decepit, suus heres dici non potest, l. 1. 2. Qui testa. fac. poss. tamen fictionis legis Cornelie suus indicatur. Pariter postumus nepos suus heres non erit, l. 6. de suis, & legit. here. nisi uiuo quo conceptus sit, quia conceptus quodammodo in rerum natura fuisse existimatur, l. 7. D. eod. l. Gallus, de lib. & postum. Sui autem in successionē ceteris omnibus ab intestato preferuntur, nisi si pater post mortem suam perduellionis fuerit damnatus, l. 1. §. interdum, de suis, & legit. here. tunc enim suum heredem habere non potest, aut si habet, is suus heres esse desinit, §. interdum, Inst. hoc tit.

**E**X NEPOTE FILIO NATO) lege EX NEPOTE EX FILIO NATO.

**N**EC INTERESSE, NATVRALES LIBERI, AN ADOPTIVI) Scripserim potius, I ut apud iustinianum: NEC INTEREST, VTRVM NATVRALES SINT LIBERI, AN ADOPTIVI. nam eius verba ex Caio desumpta esse constat. adoptiui autem eodem iure consentur, quo naturales, ut alibi dictum est.

**S**I PRAECEDENS PERSONA DESIERIT &c.) Manum fuit hoc loco exemplar, quod sic supplendum est ex iustiniani in situ. §. ita demum, hoc tit. **S**I PRAECEDENS PERSONA DESIERIT IN POTESTATE PARENTIS ESSE, SIUE MORTE ID ACCIDERIT, SIUE ALIA RATIONE. &c.

**V**ELUT EMANCIPATIONE) Diximus libro i. Cap. 9. 7 4 Gredo

## Institutionum Caij

Credo autem emancipationem capitis minutionem fuisse ob simulatas illas renditiones, & manumissiones. quare hodie fortasse emancipatus non erit capite minutus, quin potius caput adquirere videatur, ut qui pater familiæ efficitur.

**QVO QVISQUE MORIETUR**] Apud Iustinianum est, **QVO QVIS MOREM ET VR**, aut **QVO QVIS MORTIVR**.

**QDEM ET IN CAETERIS DEINCEPS &c.]** Si filius de medio sublatus est, nepos suus heres est; si nepos, pronepos suus erit; si pronepos, abnepos erit. qua de re loquenti sumus Cap. 9. Subiectam hic Aniani Epitomen: & sic membratim cuncta, qua ipse ex Cao summis.

## E P I T O M E.

Lib. 2. ti. 8. **I**ncessatorum hereditas primùm ad suos heredes pertinet. Sui autem heredes appellantur filius filia, nepos neptis, pronepos proneptis ex nepote: quia omnes per virilem sexum descendentes sui uocantur. Naturales sunt haec personæ, ac adoptiæ. Adoptiorum enim comparatione legitimi naturales appellantur. Sed ita nepos, uel neptis ex filio, auo sui heredes sunt, si pater eorum de potestate patris aut morte, aut emancipatione discesserit. nam si eo tempore, quod aliquis moritur, filium in potestate habeat, & ex eo nepotes, illi uiuo patre suo, & in potestate aui constituto, sui heredes auo esse non possunt.

**QVIA OMNES PER VIRILEM SEXVM DE SCENDENTES] refutramite.**

**NATVRALES SVNT HAE PERSONÆ, AC ADOPTIÆ]** Patav. **NATVRALES SVNT HAE PERSONÆ;** HOC EST AD OPTIVÆ. fortè legas; **SEV NATVRALES SINT HAE PERSONÆ, SIVE ADOPTIVÆ.**

**ADO-**

## Liber Secundus.

69

**ADOPTIVORUM ENIM COMPARATIONE, &c.]** Hoc intendit, ut ex legitimis liberis quidam naturales dicantur ad differentiam adoptiorum, quidam adoptiui ad differentiam naturalium.

**FILIVM IN POTESTATE HABEAT**] Pat. **FILIVM IN POTESTATE HABEAT CONSTITUTVM.**

## C A I V S.

**S.** Vxor quoque, quæ in manu eius est, is sua heres est, „ quia filiae loco est, item nurus, quæ in filij manu est, „ nam & hæc neptis loco est. Sed ita demum erit sua „ heres, si filius, cuius in manu erit, dum pater moritur, „ in potestate eius non sit. Idemque dicimus & de ea, „ quæ in nepotis manu matrimonij caussa sit: quia prone „ ptes loco est.

**O**MISERE totam hanc Caij sententiam, & Anianus, & Iustianus, quia eorum temporibus conuentiones in manum amplius in usu non erant. Conueniebat vxor in manum viri, aut confarreatione, aut coemtione. Sed confarreatio (ut ait Boe. in Topic. &c.) solis Pontificibus conueniebat, quia in re multæ solemnitates adhibebantur, quas Ulpia tangit lib. singul. Regul. tit. 9. quum ait: Farre conuenit in manum certis verbis, & testibus decem presentibus, & solemnni sacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur. Et Scruius ille, qui nuper editus est à Daniele, cuius fragmenta & Pitheus hic adducit, in lib. 1. Georg. sic ait; Farre, quum per Pontificem Maximum, & Dialem Flaminem per fruges, & molam saltam coniungebantur, unde confarreatio appellatur, &c. & alia solemnia narrat lib. 4. Ae. neid. inquit enim: Mos apud veteres fuit Flaminii, ac Flaminæ, ut, quum per farreationem in nuptias conuenirent, sellas duras iugatas ouili pelle superiniecta poneret, eius ouis, quæ hostia fuisset, & ibi nubentes uelatis capitibus in confarreatione Flamen, ac Flaminica residerent. & paulò superius,

## Institutionum Caij

vius; Quæ conuentio ex ritu perficitur, ut aqua, & igni adhibitis duobus maximis elementis, natura coniuncta habetur, quæ res ad farreatas nuptias pertinet, quibus Flaminem, & Flaminicam iure Pontificio in matrimonium necesse est conuenire. Sed quod adhiberetur aqua, & ignis, non tam confarreationis proprium fuisse, quam ceterarum nuptiarum patet ex l. penul. D. de Donat. int. vir. & vxo. quò pertinet illud Nouij apud Nonium; Sequere me, puriter uolo facias, igni, atque aqua uolo hanc accipere. Plura autem huius rei exempla uide apud Brisonium in lib. de Rit. nup. Sed confarreationem et in aliorum nuptijs non tantum Pontificum fieri potuisse, testis esse potest Dionys lib. 1. Antiq. & Plin. lib. 18. cap. 3. quem nubendi modum iam Tiberij tempestate obsoleuisse, refert Corn. Tacit. lib. 4. De Coemtione uero ita scribit Boet. in Topic. Tull. Coemtio vero certis solemnitatibus peragebatur, & sese in coemendo in uicem interrogabant. vir ita; an sibi mulier materfamilias esse uellet. illa respondebat, uelle. Item mulier interrogabat, an uir sibi paterfamilias esse uellet. ille respondebat, uelle. Itaque mulier viri conueniebat in manum, & uocabantur hec nuptiæ per coemtionem, & erat mulier materfamilias viro loco filia. quam solemnitatem in suis Institutis Vlpianus exponit. Hanc uero coemtionem fieri per as, & libram, ut plerique actus legitimi, Seruius ostendit, quum ait: Coemtio enim est, ubi libra, atque eis adhibetur, & mulier, atque uir inter se quasi emtionem faciunt, &c. quò etiam non abs re quis dixerit pertinere hæc Nonij uerba; Nubentes ueteri legi Romana asses tres ad maritum uenientes solebant ferre, atque unum, quem in manu tenereat, tanquam emendi causa marito dare: alium, quem in pede haberent, in foco larium familiarium ponere: tertium in sacciperione quum condidissent, compito uicinali solere donare, &c. qua de re & Isidor. non nihil lib. 5. Etymolog. Has uxores matres familias esse dictas, ostendimus quoque supra Cap. 6. & eas credo intelligere Vlpianum in l. pronunciatio, §. 1. de Verb. sign.

1. 75 SVÆ HERES EST] Rectè legit Pitheus; ET SVÆ HERES EST. tam verò suum heredem in masculino genere, quæ suam heredem in feminino dicimus, ut in l. vlt. D. de Collat. dotis. & sola heres in l. 26. §. 1. de Past. dot. quod Sosipater non admittit. Fiebat

## Liber Secundus.

70

bat uxor sua heres, quia in potestatem mariti transibat tanquam filia, quod & Vlpianus in fragm. demonstrat tit. 22. & 23. & alijs locis. quare & capite minui dicebatur, ut Cicero in Topic. loquitur. Ideoque quum in mariti filiam, & sacra transire, mirum non est, dixisse Modestinum, basce nuptias diuini, & humani iuris communicationem esse, l. 1. de Ritu nup. & Gordianus Imper. uxorem vocauit sociam rei humanae, atque diuine, leg. 4. C. de crim. expit. hered.

SED ITA DEMVM ERIT SVÆ HERES &c.] Si maritus patrem habeat, uxor in mariti quidem manum conuenit, sed in eius patris potestate est: itaque marito tanquam filia, eius uero patri tanquam neptis est, propterea sua heres esse non potest, nisi marius sit de medio sublatu, qui eam gradu praeedit.

## C A I V S.

¶ Postumi quoque, qui, si uiuo parente nati essent, in potestate eius futuri forent, sui heredes sunt.

Eadem uerba apud Iustinianum sunt Instit. hoc tit. Diximus super eos, qui in utero sunt, haberi pro iam natis, quum de illorum beneficio agitur, erunt igitur Postumi sui heredes, siue filii sint, siue nepotes, sed nepotes eo demum casu, si eos filius non præcesserit, quo casu concepta est formula Caij Aquilij, l. Gallus, de lib. & postu. ergo de suis heredibus loquitur, non de alienis, ut falsò putant Doctores. Anianus sic habet.

## E P I T O M E.

¶ Imiliter postumi, qui si uiuo patre nati fuissent, in po Lib. 2. Testate eius futuri erant, sui heredes sunt.

tit. 8.

S<sup>7</sup> VIVO PATRE] Rectius videtur dixisse Caius, SI VIVO PARENTE, quoniam appellatione parentis non tantum pater, sed etiam annus, & proannus, ceteraque superiores continetur,

## Institutionum Caij

tur, l.appellatione, 51. de verb. sign. Sed certè & patris nomine auus quoque intelligi potest, l. Iusta interpretatione, D.eod.tit. & ita patrem pro avo Ulpianus dixit in l. 2. §. si quis ex liberis, ad S. C. Tertull. hec tamen appellatio in odiosis ad aum non extenditur, ut in lege Iulia, qua prohibetur Senator eam uxorem ducere, cuius pater artem ludricam fecerit, neque enim obstat, aum ludricam artem fecisse, l. 44. §. 1. de Ritu nup. idem quoque procedit in lege Iulia de Adulteris, qua permititur patri filiam adulteram occidere. L. 20. l. 21. ad leg. Iul. de Adulter.

## C A I V S.

„ ¶ Idem iuris est & de his, quorum nomina ex lege „ S. Aelia Sentia, uel ex Senatusconsulto post mortem „ patris caussa probata in potestate eius futuri essent: & „ de eo filio, qui ex prima, secundaque emancipatione „ post mortem patris manumittitur, intelligimus.

**Q**UORUM NOMINA &c.] Pitheus putat legendum. QUORUM NOMINE &c. Optimè autem declarat hunc locum Ulpianus in fragmentis tit. 7. cuius uerba hic subdam, quemadmodum ab ipso Pitheo sunt restituta: In potestate parentium sunt etiam iij liberi, quorum caussa probata est, per errorem contracto matrimonio inter disparis conditionis personas. Nam seu cuius Romanus Latinam, aut peregrinam, uel eam, quæ Deditiorum numero est, quasi ciue per ignorantiam uxori duxerit; siue cuius Romana per errorem peregrino uel ei, qui Dedititorum numero est, aut etiam si Latino nupta fuerit, ex lege Aelia Sentia caussa probata ciuitas redditur tam liberis, quam parentibus præter eos, qui Dedititorum numero sunt, & ex eo fiunt in potestate parentium liberi. Id igitur cautum fuerat lege Aelia Sentia, quod quum hic Caius confirmet, male Cuiacius canset in Vlpiano legendum, ex lege Iunia.

VEL

## Liber Secundus.

87

VEL EX SENATUSCONSULTO] Non omniro placet. Pithei opinio, cui referendum id uidetur ad Senatusconsultum circa legem Acliam de cōsilio, & caussa ad probanda, l. vn. in fi. de Off. Consil. nam potius eo casu, legendum esset; ET EX SENATUSCONSULTO. Quare si priorem lectionem retincamus, potius de alio Senatusconsulto capiendum est, quod circa rem non absimilem factum sit. puta, quum Senatusconsulto cautum sit, ne senatoris filia nubat libertino, l. oratione, 16. de Nupt. l. 3. §. uideamus, de Donat. int. vir. & vx. non absurdè credi potest, si id errore euoniat, causa adprobata iustos censeri filios. Sed & hoc diuinare est. Sane & alijs sunt casus, quibus sui adgnascuntur, ut in l. qui in provincia, 57. de Ritu nupt. & in l. eos qui, 65. cod. tit. l. 6. C. de nupt. alijs sunt ex constitutionibus, l. 3. l. 4. l. 5. &c. C. de Naturilib. §. vlt. Inst. de Nup. §. quib. Inst. hoc tit. alijs ex canonice sanctionibus, c. penul. c. vlt. ext. Qui fil. sint legit.

ET DE EO FILIO, QUI EX PRIMA & c.] Hac de re diximus supra cap. viii. & plenius lib. 1. cap. 9. ad fin. Quum igitur pater semel, iterumque filium vendidit patri fiduciario, ac interime moriatur, post mortem autem fiduciarius pater filium manumittat, quoniam is in patris potestate reversurus fuisset, suus adgnascitur ad similitudinem postumorum ex antiquo iure. Si vero ante mortem quidem manumittatur, sed post conditum à patre testametum, suus adgnascitur ex lege Velleia, l. Gallus, §. nunc de lege, de lib. & post. qua de re, & superius uerba fecimus.

## C A I V S.

¶ Quum filius, filiavè, & ex alio filione nepotes, neptis, & vè existent, pariter ad hereditatem uocantur, nec qui gradu propior est, ulteriore excludit. Aequum enim uidetur, nepotes, neptis vè in patris sui locum, portionemque succedere. Pati ratione & si nepos, neptis, vè sit ex filio, & ex nepote pronepos, proneptis vè, simul uocantur. Et quia placebat, nepotes, neptis vè, item pronepotes, proneptes vè in patris sui locum succedere, conue-

### Institutionum Caij

„conueniens, non in capita, sed in stirpem hereditates  
„diuidi; ut filius dimidiā partem hereditatis fruat, ex  
„altero filio duo, pluresvè nepotes alteram dimidiā.  
„Item si ex duobus filijs nepotes exstent, ex altero filio  
„unus fortè, uel duo, ex altero tres, aut quatuor & altera  
„dimidia.

**T**O tum hoc translulit Iustinianus ferè ad uerbum in suas Institutiones. Qui sui heredes sunt, una admittuntur ad parentis hereditatem, nec alter alterum præcedit, itaque tam filius ueniet, quam nepos ex alio filio, & pronepos ex alio nepote ex lege duodecim tabularum, l. 3. c. de suis, & legit. lib.

**NETOPES, NEPTES VĒ IN PATRIS SVI LO-**  
[**CVM &c.**] Et eam partem habere, quam pater eorum, si uiuet, ret habiturus eſet, Ulp. in fragm. l. 7. de Collat. bon.

**PORTIONEM QVE**] non est apud Iustinianum. Portio hereditatis dicitur etiam in l. 3. in l. 41. de vulg. & pup. in l. 37. S. Seiam, de lega. 3. l. 5. S. sed & si, de lega. præf. l. 22. S. vlt. ad S. C. Trebell. l. 1. S. & hereditatis, de His, quæ in testam. l. 24. ad leg. Corn. de Fals. & alijs locis.

**CONVENIENS NON IN CAPIT A, SED IN STIRPES**] Iustinianus sic: conueniens esse uisum est, non in capita, &c. Ulp. in fragm. tit. 26. non ut in capita diuidatur, sed ut in stirpes, idest, ut filius solus medium partem habeat, & nepotes, quotquot sunt, alteram dimidiā. Itaque non pro virilibus portionibus, sed ex stirpibus succedunt, l. 2. C. de suis & legit.

**FRVAT**] Iustinianus HABEAT. quo loco innuit Cuiacius, Caium prisco verbo usum esse: cuius ego, & si diu quiescerim, exemplum reperi nullum. Quid si Caius scriperit FRVATVR? ideo autem mutauerit Iustinianus, quia insolens ei uisa est loquutio, quartus casus pro sexto positus, quod a veteribus solum factitatum uideamus, à Nenio, à Plauto, alijsque?

**EX ALTERO TRES, AVT QUATUOR &c.]** Mutila est sententia sic supplenda ex Iustiniani Institutionibus:  
**EX ALTERO TRES, AVT QUATUOR: AD VNVM;**  
**AVT DUOS DIMIDI A PARS PERTINEAT, AD**

tres

### Liber Secundus.

72

**TRES, VEL AD QUATUOR ALIA DI MIDA.** Proinde si sint ex duobus filijs nepotes, ex uno tres, ex altero unus, exhereditatique sint: unicū fescuncia, quæ quartæ est pars semis, singulos alios fescuncias, quæ quarta sextantis est, à querela excludet, l. Papinianus, 8. S. quoniam, de Inoff. test. Atque hunc ordinem, qui in diuidenda inter suos hereditate seruatur, etiam Prætor sequitur, l. si in adoptionem, S. vlt. de bon. poss. cont. tabl. si nepotes, de collat. bon. Anianus ita uerit.

### E P I T O M E.

**S**I quando aliquis moritur, & reliquerit filium, aut Lib. 2 filiam, & ex alio filio mortuo nepotes, neptesvè, filij, tit. 8. uel nepotes ex filio defuncto patri, uel aucto hac ratione succedunt, ut filius, uel filia suas partes, & nepotes ex filio portione in, quam pater eorum erat habiturus, accipiunt. Quia regulariter constitutum est, ut inter suos proximior longiore gradu positos non excludat, & non in capita, sed in stirpem diuidatur hereditas. Item si quis moriens filium non relinquat, sed ex duobus masculis filijs dimittat nepotes, hoc est ex uno filio unum, uel duos nepotes, ex altero tres, aut quatuor, similiter, sicut superius dictum est, in stirpem non in capita hereditas diuidatur, hoc modo, ut illi duo nepotes ex uno filio medietatem percipiant, & illi quatuor ex alio filio aliam medietatem: hoc est, ut tales accipient portiones, quales patres eorum, si uixissent, habituri erant.

**MEDIETATEM**] Hac uoce, quam Cicero dicere exhibuit, sepiissimè usus est Anianus, ut apparet ex eiusdem Interpretationibus ad Cod. Theodos. & Senten. Pauli. Sed & in legibus Visigothorum passim eam uideas.

SI

## De legitima adgnatorum successione.

Cap. X V.

C A I V S.



I nullus sit suorum heredum, tunc hereditas pertinet ex eadem lege duodecim tabularum ad adgnatos. Vocantur autem adgnati, qui legitima cognatione iuncti sunt. Legitima autem cognatio hæc est, quæ per virilis sexus personas coniungitur. Ita qui eodem patre natū sunt frātres, adgnati sibi sunt, qui etiam consanguinei vocantur; nec requiriunt, an matrem cādem habuerint. Item patruus, frātris filio, & iuicem is illi adgnatus est. Eodem numerō sunt frātres parrueles inter se, id est, qui ex duobus fratribus prōgenerati sunt, quos plerique etiam confabinos vocant. Quaratione scilicet etiam ad plures gradu adgnationis peruenire poterimus.

**H**ic distinguadū caput ēst, præter Iustinianum, hoc ipsum quoque Caij fragmentum indicat: nam in collatione illa Mojaici, & Romani iuris inter uerba, quæ superiori capitū adaptauimus, & hæc, quæ in hoc caput reiecimus, sic est: DE ADGNATIS.

**S**I NULLVS SIT SVORVM) Sed nunquid non & sui adgnati sunt: certè sunt, l. filius de suis, & legit. hered. l. de bonis, §. 1. de Carb. edi. l. 2. unde leg. l. iuris consultus, §. 1. di grad. & adf. l. 1. §. sed uidendum, de success. edi. Sed rectē separantur, quia hereditas non eodem modo suis, quo ceteris adgnatis defertur. in sis non spectatur proximior quis sit, an vltior, quia ut ad hereditatem admittatur, satis est aliquem suum esse. In adgnatis spectatur, quia qui proximo

ximo gradu sunt, ceteros precedunt, ut infra dicitur. ac inter suos heredes diuiditur in stirpes, inter adgnatos in capita.

**E**X EADEM LEGE XII. TABVLARVM] Quam ita recitat Ulp. in fragm. & in l. pronunciatio, de verb. signi. SI FNT EST ATVS MORITVR, CVI SUVS HERES NEC ES CIT, ADGNATVS PROXVMVS FAMILIAM HABETO.

**VOCANTUR AVTEM ADGNATI.**] Adgnati sunt cognati virilis sexus ab eodem orti, l. 2. de suis, & legit. aut sunt cognati per patrem ex eadem familia, l. vlt. §. 1. de grad. & adf. Adgnatio nomen est ciuile, cognatio naturale. Qui adgnati sunt, & cognati sunt, qui cognati sunt, non utique adgnati sunt. verbi gratia; patris frater, id est patruus, & adgnatus est, & cognatus. matris autem frater, id est auunculus, cognatus est, adgnatus non est, l. pen. D. unde legit. Diximus lib. 1. cap. x.

**QVI ETIAM CONSANGUINEI VOCANTVR)** Confanguinei sunt, qui sanguine inter se connexi sunt, etiamsi patri non existiterunt sui heredes, puta exhereditati, aut si pater deportatus fuisset. & qui nunquam in potestate fuerunt, erunt sibi consanguinei, ut puta, qui post captitatem patris nascuntur, vel post mortem, l. 1. §. post suos, de suis, & legit. here. Sed & adoptiui quoque cum naturalibus iura consanguinitatis habere dicuntur ead. l. Recte ait, iura consanguinitatis, vt & in l. 4. 4. de Adopt. nam consanguinei verè non sunt, quia adoptio ius sanguinis non adfert, l. 23. de Adoptio. pari modo libertini, qui ab ingenuis adoptantur, iura ingenuitatis consequi dicuntur, l. 32. de Ritu nupt. quād ingenui verè non sunt, l. vlt. de Statu hom. Sed consanguinei non uidebātur vocari lege 12. tabularum, fortè quia propriè consanguinei dicuntur, non adgnati, quod ex Paulo constat lib. 7. Sentent. cuius verba hac sunt in fragmentis editis à Pitheo: Sanè consanguineos lex non adprehenderat, at interpretatione prudentium primū inter adgnatos locum acceperunt, quod uidetur confirmare l. 1. C. Quor. bonorum. De consanguineis pulchrè Cuiac. Obser. li. 1. cap. 26.

**QVOS PLERIQUE ETIAM CONSOBRINOS VOCANT.**] Nam idem Caius adfirmat, consobrinos propriè dici, qui ex duabus sororibus nascuntur, sic dicti quasi consororini, l. 1. §. quanto gradu, de Gradi. & adfin. quam notationem præter ceteros scriptores

Hierony. Alean. Comm.

## Institutionum Caij

res comprobata etiam à vetustissimis juris consultis, testatur No-  
nius Marcellus. Sed plerique tām fratrum, quām sororum filios  
consobrinos vocarunt, quo in numero fuit Trebatius, l. vlt. S. quarto  
gradu. D. eod. tit. Sicque uidetur nominare Vlpianus in l. 2. D. eod.  
Arcadius, & Honorius in l. 19. C. de Nyp. Sequitur Aniani Com-  
pendium.

## E P I T O M E .

Lib. 2. SI defuerint heredes sui, tunc hereditas defuncti per-  
tit. 8. **S**inet ad adgnatos. Adgnati enim sunt per virilem  
sexum defuncto propinquitate coniuncti, id est con-  
sanguinei fratres, hoc est de uno patre nati. nec dispu-  
tari potest, si de diuersis matribus nascantur, qui uno  
patre geniti sunt. Item patruus, id est frater patris, fra-  
tris sui filio adgnatus est. Ipso modo sunt fratres pa-  
trueles, hoc est, qui de singulis germanis nati sunt.  
Hoc ordine adgnoscitur, qui sint adgnati, sicut suprà  
diximus, per virilem sexum propinquitate coniuncti.

**A**nianus suo more hoc caput cum superiori confundit, quod iā  
diximus esse separandum.

**PROTESTEST CONSEN<sup>T</sup>ANGUINEI]** Non vult dicere, adgnatos  
esse consanguineos, nemo enim potest dicere, est adgnatus, ergo con-  
sanguineus. potest certè est consanguineus, ergo adgnatus. Adgnatio  
genus est, consanguinitas species, §. uulg. quæstos, Inst. de success.  
cognat. Melius dixisset, Veluti consanguinei. Sed homo Gothola-  
tinus sic loquutus est.

## C A I V S .

**S**Non tamen omnibus simul adgnatis dat lex duode-  
cim tabularum hereditatem, sed his, qui tunc, quām  
certum

## Libēr Secundus.

74  
certum est, aliquem intestato decesse, proximo gradu  
sunt. nec in eo iure successio est. Ideoque si heres proxi-  
mus omiserit, vel antequām hereditatem adierit, dece-  
serit, sequentibus nihil iuris competit. Ideo autem non  
mortis tempore certum fuerit, aliquem intestatum  
decessisse, quām si quis testamento facto deceperit,  
melius esse uisum est, tunc requiri proximum, quām  
certum esse cœperit, neminem ex testamento here-  
dem foro.

**N**EC IN EO IURE SVCESSIO EST] Successio est  
transmissio ad insequentem gradum. at transmittere nemo po-  
test hereditatem, quam non habuit. non habuisse uero eum constat,  
qui nec hereditatem adiit, nec ipso iure heres existit. Sui heredes ip-  
so iure sunt heredes, nec opus habent actione, ideo transmittunt, &  
in ijs dicitur esse successio. legitimi heredes, nisi adeant hereditatem,  
heredes non sunt, quam obrem si repudient, aut intra diem creationis  
non adeant, fiscus occupat hereditatem, l. i. de success. edi. At si plus  
res sint eadem gradu adgnati, & quidam ex his adierint, quidam  
omiserint hereditatem, deficientium portio ad crescere his, qui adie-  
rint, l. si ex pluribus. 9. de suis, & legi. her. Vlpian. fragm. tit. 26. Si  
plures, Paul. sent. lib. 4. tit. 8. Praetores tamen, quam oclusam ad-  
gnatis successionem uiderent, qui sequenti gradu essent, vocabant ad  
hereditatem. Unde cog nati, nam qui adgnati sunt, ij & cognati sunt,  
§. placebat, Inst. hoc tit. Iustinianus tamen statuit, & in legitimis he-  
redibus successionem esse, §. sed nos, Inst. eod.

**I**DEO AUTEM NON MORTIS &c.] Hac deprava-  
ta sunt sic meo iudicio restituenda: IDEO AUTEM NON  
TAM MORTIS TEMPORE, QVM CERTVM FVE-  
RIT ALIQUEM INTESTATVM DECESSISSE, QVAM  
SI QVIS TESTAMENTO &c. Requiritur proximus adgnatus  
cui deferatur hereditas, non tam quām quis nullo condito testamen-  
to decepit, sed & quām testamentum quidem fecit, nemo tamen ex eo  
heres est, nam illo quoque casu intestatus obiisse dicitur, l. i. de suis, et  
leg. her. l. intestatus de uerb. sign. s. proximus, Inst. hoc titu. Hac  
Anianus paucis, neque enim omnia complexus est.

E P I T O M E.

Lib. 2. tit. 8. **N**on tamen omnibus simul adgnatis lex hereditatē propinqui intestati dat, sed iis, qui defuncto mortis suæ tempore proximiores inueniuntur.

**O**misit id, quod inquit Caius, inter adgnatos successionem non esse, quia hoc ius iam a Prætoribus immutatum fuerat.

C A I V S.

„ **Q**uod ad foeminas attinet, hoc iure aliud in ipsarū hereditatibus capiendis placet, aliud in cæterorum ab his capiendis. Nam & foeminarum hereditates proinde ad agnationis iure redeunt, atque masculorum nostrarū verò hereditates ad foeminas ultra consanguineorū gradum non pertinent. Itaque soror fratri, sorori vè legitima heres est: amita verò, & fratris filia heres esse non potest. Sororis autem nobis loco est etiam mater, aut nova uerba, quæ per in manum conuentione apud patrem nostrum ius filiæ consequuta est.

**Q**UOD AD FOEMINAS ATTINET, HOC (VRE) Non iure duodecim tabularum hæc inter masculos, & foeminas differentia admissa est, nam eo iure vocabantur omnes adgnati tam masculi, quam foeminae cuiuscunque gradus, §. sed quia, Inst. hoc tit. sed lege Voconia, & prudentium auctoritate, Paul. Sent. lib. 4. tit. 8. quam medium Iurisprudentiam vocat Iustinianus, §. media, inst. hoc tit. PROINDE] Idem hoc loco significat, quod Perinde, ut & in l. 64. de Sedil. ed. l. 141. §. 1. de verb. obli. & apud Plautum, Varro, & alios.

IT A-

**I**T AQUE SOROR FRATRI &c.] Vlpia. in fragm. tit. 26. §. ad foeminas.

**H**ERES ESSE NON POTEST] At prætores iuris civilis asperitatem corrigentes dabant eis honorum possessionem Vnde cognati, si nullus fuisse adgnatus, aut proximior cognatus. donec Iustinianus ius duodecim tabularum restituit, quæ omnia apud eundem videre est, hoc tit.

**S**ORORIS AVTE NOBIS LOCO EST &c.] Itaque filius matrī succedebat tanquam consanguineus, si ea in viri manū connenerat, quia tunc in potestate mariti tanq̄ filia fuerat. Si non connenerat, adgnata non censebatur, & nullo iure filius tē succedere poterat: donec ex oratione Imp. Aurelij Antonini, & Commodi S. C. Orficianum factum est, quo actum est, ut sine in manum conuentione marum legitimæ hereditates ad filios pertinere, exclusis consanguincis, & reliquis adgnatis, ut resert Vlpian. in fragmen. reg. tit. 26. §. ad liberos. l. sacratissimi, ad Senatusc. Tertull. pariter filij hereditas ad matrem pertinet ex S. C. Tertulliano, ut idem Vlpian. & alij docent. Apud Anianum sic habet.

E P I T O M E.

**I**N foeminis verò alia conditio est; quia inter foeminas Lib. 2. sola tantum soror consanguinea habetur adgnata, ut c. 8. germano suo defuncto ab intestato ei agnationis iure succedat. Reliquæ foemine, hoc est amita, id est patris soror, uel fratris filia, nec in capiendis hereditatibus propinquorum legitimæ sunt, nec masculis propinquis agnationis iure succedunt. Ipsarum verò hereditates ad masculos propinquos agnationis conditione perueniunt.

**H**isce in verbis immorari nihil necesse est, nam que monenda fuerant, ad Caium diximus.

**S**i quis defunctus erit, si sit frater, & alterius fratri filius, sicut ex superioribus intelligitur, frater potior est, quia gradu præcedit. Sed alia faciat iuris interpretatione inter suos heredes. Quod si defuncti nullus frater existet, sed sint liberi fratum, ad omnes quidem hereditas pertineat. Sed quæsitum est, si dispari numero sint, fortè nati ex uno unus, vel duo, & ex altero tres, aut quatuor, utrum in stirpes diuidenda sit hereditas, sicut inter suos heredes iuris est, an potius in capita. Iamdudum autem placuit, in capita diuidendam hereditatem. Itaque quotquot erunt ab utraque parte personæ, in tot portiones facientur.

**D**eclarat, quæ supra attigerat, quomodo adgnati hereditates capiant. quod maiori explicacione indigere mihi non uidetur.  
**FRATER POTIOR EST**] Statuit Iustinianus, ne potior sit, Nouella 118. & 127, nam vocat alterius quoque fratri præmortui filios, in stirpem tamen non in capita.

**SED ALIA FACIAT**] Pitheus emendat; **SED ALIA FVIT IURIS**, &c.

**IN TOT PORTIONES FUERVNT**] Corrige, ut monet Pitheus: **TOT PORTIONES FIENT**. Anianus ita expli-  
cauit.

## E P I T O M E.

Lib. 2  
tit. 8. **R**egulariter constitutum est, ut inter adgnatos proximi postiorem excludat, & inter eos, non in stirpem, sed in capita ab intestato diuidatur hereditas. Nam inter suos, sicut superius diximus, alia ratio est, ut proximior postiorem non excludat, & semper heredi-

tas in stirpem non in capita diuidatur. Nam si quis mortiens dimittat germanum, & ex altero germano filios, germanus frater, quia gradu proximior est, solus succedit, fratri filij non succedunt. Item si moriatur quis, & de duobus germanis fratribus dimittat filios duntaxat masculos, & ex uno fratre dimiserit duos, ex alio quatuor similiter masculos; omnes quidem fratum filij patruo suo ab intestato succedunt, sed non in stirpes, sed in capita: ita ut illi duo ex una parte duas accipient portiones, & illi quatuor ex alia accipient quatuor portiones. Nam si sorores habuerint, in patrui hereditatem non ueniunt, sicut nec sororum filij in auunculi hereditate succedunt.

**FILIOS DUNTAXAT MASCULOS**] Nam famae etiamsi adgnatae sunt, tamen iure ciuili non adgnatae censentur, præterquam in capiendis consanguineorum hereditatibus, ut dictum est.

**ITÆ VT ILLI DVO EX VNÀ PARTE**] Reclit in Patruino exemplari: **ITÆ VT ILLI DVO EX UNO PARTE**.

**SICUT NEG SORORIS FILII**] Stulte Anianus hoc quasi per comparationem scripsit. nam fratri filiae non admittuntur ad patrui hereditatem iure ciuili, quamvis adgnatae sint, sopia in hac parte duodecim tabularum dispositione. Sororis filij ab auunculi hereditate excluduntur, quia legitimi non sunt. nos de legitima successione loquimur. At denum Iustinianus cognatos exequauit adgnatis.

## C A I V S.

**S**i nullus adgnatus sit, eadem lex duodecim tabularum gentiles ad hereditatem uocat. Qui sint autem Gentiles primo commentariorum, & ultimum est. Et quum illic admonuerimus, gentilitium ius in desuetudinem abiisse, superuacuum est, hoc quoque loco de ea re curiosius tractare,

### Institutionum Caij

**E**ADEM LEX DUODECIM TABULARVM His ver  
bis; SE ADGNATVS NEC ESCIT, GENTILES  
FAMILIAM HABENTO. Sic enim emendo fragmenta regu  
larum Ulpiani, quae sunt in sepe nominata collatione. Mosaicarum,  
& Romanarum legum. ubi & hac Pauli uerba sunt ex lib. 7. sent.  
Intestatorum hereditas lege duodecim tabularum primū  
fuis heredibus, deinde adgnatis, & aliquando quoque gen  
tilibus deferebatur, &c. Qui fuerint Gentiles, ex Ciceronis Topi  
cis petamus, ubi ex mente Scaeuolē sic definiuntur: Gentiles sunt,  
qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi  
sunt, quorum maiorum nemo seruitutem seruit,   
qui capite non sunt diminuti. Ubi uidendum, quid Boe  
tius loquatur. sanè & ex eodem genere ortos, & qui eodem nomine  
appellantur, gentiles esse testatur Festus lib. 7. que finitio & adgnatis  
competere potest. At qui Adgnati sunt, Gentiles persēpe sunt: qui Gē  
tiles sunt, non utique necesse est, ut adgnati sint. Adgnati ut plurimū  
aliquo gradu sunt coniuncti, & ex una stirpe, & familia descendunt.  
Gentiles licet ex uno fonte manare videātur, tamen quia per plures  
estates disiuncti sunt, ex pluribus familias distinguuntur. unde Sue  
ton. Neron. cap. 1. ex gente Domitia duas familias clarissime refert,  
Caluinorum, & Aenobarborum, ut scilicet quidam Domitiū Caluini  
dixerint, quidam Domitiū Aenobari. Sic Cesar ex Gente Iulia  
familiam suam esse ait apud eund. Sueton. Iul. cap. 6. Dixit Cicero:  
Qui ab ingenuis oriendi sunt. nempe ut libertinos exploderet,  
qui patronorum nomine uocabantur. quare Tullius Tiro, & Tullius  
Laurea non erant gentiles Fullij Ciceronis. dixit: Quorum maio  
rum nemo seruitutem seruit, quia & si ab ingenuis oriesset,  
tamen eorum maiores libertini fuisse poterant. demum: Gentilitas  
est patritiorum, & nobilium ius, ut etiam colligitur ex Liu. lib. 1.  
Unde hodieque nobiles homines Italia, & Hispania Gentiles homi  
nes vocant.

PRIMO COMMEMORARIORVM, ET VLTIMVM  
EST. Mendum fortasse inest. Hoc certè intendit, se prima Institu  
tionum libro, capite ultimo docuisse, qui sint Gentiles. quod & Pi  
ttheus admonuit. Iam hæc institutiones vocari quoque Commentar  
rios, superius diximus. Capite uero ultimo de Curatoribus tractatum.  
at lex duodecim tabularum furiosos, & prodigos in Adgnatorum,  
Gen-

### Liber Secundus.

Gentiliumque curatione esse iubet: Vnde occasionem habuit Catus  
docendi, qui Gentiles essent. Quod eo loco Anianus suo more omisit,  
ut etiam hic facit.

77

### E P I T O M E.

**N**Am & hoc regulare est, ut cognati tunc intestato- Lib. 2.  
rum propinquorum hereditates capiant, quando tit. 8.  
aut sui, aut adgnati defuerint.

**C**uius hoc libro uidetur noluisse Ius prætorium admiscere ius  
ciuili. ideo de Cognatorum successione nihil agit, quæ iure  
Prætorio competit. At Anianus noluit prætermittere, forte ne va  
cuum sineret loeum, quo de Gentilibus (cuius loquitur est). De Co  
gnatis videndus Iustinianus titulo, de Successione Cognatorum.





# CAII INSTITUTIONVM LIBERTERTIVS, C V M HIERONYMI ALEANDRI COMMENTARIO.



*De Obligationibus.*

*Cap. I.*

E P I T O M E.

Lib. 2  
tit. 2.



BLIGATIO in duas species diuiditur. Nam omnes obligationes aut ex contractu nascuntur, aut ex culpa. Quæ ex contractu nascuntur, quatuor genera sunt, quæ singula hoc ordine distinguuntur. Aut enim re contrahitur obligatio, aut verbis, aut litteris, aut consensu.

H V N C

Liber Tertius.

78

**H**VNC ordinem, ut supra quoque diximus, sequutus fuerat Caius, ut primo libro de personis, secundo de rerum adquisitionibus, tertio de obligationibus tractaret. Nam quod Anianus duos tantum libros fecerit, sane suo more agit, ut que distingueda sunt, confundat. Quoniam Caium libro tertio obligationes esse complexum, luce clarissimi patet, uel ex l. 2. D. de Oblig. & act. in cuius inscriptione ita est; CAIUS LIBRO PRIMO INSTITUTIONVM, tum in Florentinis Pardeictis, tum in cæteris omnibus. Hoc etiam egimus, ut hanc Obligationum tractationem, quam Anianus duobus capitulois restrinxit, nos in duodecim capita diuiserimus sequitur ordinem Iustiniani, quem ipse ex Caio sumserat.

**OBLIGATIONE**) Obligatio est iuris vinculum, quo necessitate adstringimur alicuius rei soluenda secundum nostræ ciuitatis iura, inquit Justinianus in prin. huius tit. At sane non tam iuris ciuilis est vinculum, quam etiam naturæ. quid enim tam congruum est fidei humanae, quam ea, quæ placuerunt, inter homines servari? vt inquit Vlpia. in l. 1. de Pact. at nisi ius quoque sua uincula addidisset, nulla praui homines necessitate ad soluendum compellentur. Sed non omnes naturæ obligationes ius ciuale comprobant, si enim seruus ciui Romano pecuniam crediderit, iure quidem naturæ obligata est, at de ea ius non dicitur; denique seruus ciuiliter non obligatur, nec obligatur, quamvis naturaliter obligatus sit, l. serui, 14. hoc tit. Obstringit itaque obligatio ad dandum aliquid, uel faciendum, uel prestandum, qua in re & animus obligandi interuenire debet; neque enim satis est dantis esse nummos, & fieri accipientis, ut obligatio nascatur, sed etiam hoc animo dari, & accipi, ut obligatio constituantur. quare si quis pecuniam suam donandi causa dederit mihi, quamquam & donantis fuerit, & mea fiat, tamen non obligabor ei; quia non hoc inter nos actum est, ut obligatus maneam, l. 3. hoc tit.

**AUT EX CONTRACTU NASCVNTVR, AUT EX CVLPA**) aut proprio quodam iure ex varijs caussarum figuris, ut inquit idem Caius lib. 1. hoc tit. Oriuntur enim obligationes etiam ex quibusdam caussis, quæ neque contractus sunt, neque maleficia; at quoniam alterutrius naturam sapere quodammodo uidentur, Iustinianus quasi contractum, & quasi maleficiorum nomen indidit, inst. hoc tit. quod ex Caio itidem traxit l. 5. D. eod.

Re

## Quibus modis re contrahitur obligatio.

Cap. II.

## E P I T O M E .

Lib. 2  
tit. 9.

**R**E contrahitur, quoties aliqua cuicunque mutuo dantur, quæ in his rebus continentur, quæ pondere, numero, mensura continentur: hoc est, si pecunia numeretur, uel frumentum detur, uinum, aut oleum, aut æs, ferrum, argentum, uel aurum. Quæ omnia numerando, aut pensando, aut metiendo ad hoc damus, ut eorum fiant, qui ea accipiunt, & ad nos statuto tempore non ipsæ res, sed aliae eius naturæ, quales datae sunt, atque ipsius ponderis, numeri, uel mensuræ reddantur. Propter quod Mutuum appellatum est, quasi à me tibi ita datum sit, ut ex meo tuum fieret.

**Q**VOTIES ALIQUA CIVIC VNQUE MUTVO DANTVR] Adducit Anianus exemplum tantummodo mutui, quamvis Caius scripsisse credo etiam de Indebito, & de Commodo, de Deposito, de Pignore, & huiusmodi, ut fecisse videamus libro secundo Aureorum, l. i. de Oblig. & Act. & seruauit Iustinianus Inst. hoc tit.

**Q**VAE IN HIS REBUS CONTINGUNT, QVAE IN PONDERE &c.) Idem Iustinianus, cuius verba forsitan ex hoc Caij loco desumpta sunt. Necesse est autem, consistant pondere numero, mensura, ut eiusdem generis reddantur, nam in his, quæ in specie consistunt, mutuum constitui, non potest. Speciem uoco more Iurisconsultorum, quod Dialetici dicunt Individuum, ueluti si equum, aut hominem, aut domum tibi dederim, neque enim aliud equum, aliud hominem, aliam domum reddere debes, sed quam rem accepi-

sti,

Sti, quare commodatum est, non mutuum: quod si conueni, ut non eundem, sed aliud equum, aliud hominem, aliam domum reddas, neque tunc mutuum erit, sed alius contractus, nempe quem dicunt innominatum.

ET AD NOS STATVTO TEMPORE) Tempus enim in mutuo adjicitur, quo exacto qui obligatus est, soluere debet, nec prius potest compelli, quod in commodato admittendum est. in Deposito, & Precario aliud est.

NON IPSAE RES, SED ALIAE EIUS NATVRAE] Caius, eiusdem generis, & qualitatis, l. i. de Obliga. & act. Iustin. eiusdem naturæ, & qualitatis, §. i. Inst. hoc tit. Pomponius, eiusdem generis, & eadem bonitate, l. 3. de Reb. cred. Eiusdem generis, aut naturæ, nam si aliud genus, uelut pro tritico uinum recipimus, non erit mutuum, l. 2. de reb. cred. At si quis aureos nummos decem mutuo acceperit, uidetur posse argenteos reddere facta compensatione estimationis, ut tot argentei reddantur, quanti estimantur aurei decem, neque enim hoc admittendum est, ubi damnum interueriret. Certè nummi & aurei, & argentei una species censentur, quæ de re Accursius, Bartolus, & Abbas Panormitanus disseruere. Habetur quoque ratio bonitatis, etiam si non cauimus, ut aquæ bonum nobis redderetur, neque enim licet debitori deteriorem rem, quæ ex eodem genere sit, reddere, ueluti uinum nouum pro ueteri, d. l. 3. cod. titu.

ATQUE IPSIVS PONDERIS, NUMERI, VEL MENSVRÆ] in Patalino exemplari: ATQUE IPSIVS PONDERIS, NUMERATÆ, VEL MENSVRATÆ.

PROPTER QVOD MUTVVM APPELLATV MEST &c.) Sic Paulus, l. 2. §. appellata, de Reb. cred. Iustin. §. i. hoc tit. Plurimi jurisconsulti semper sequuntur Stoicos, teste Athen. l. 6. cap. 8. Hinc Tuberonem Stoicas disciplinas percalluisse, refert Pomponius l. 2. de Orig. iur. & Agell. lib. I. cap. 22. Sic Stoicum Philosophum fuisse Sex Pompeium, testatur Cicero in Bruto, & lib. I. & 3. de Orat. sic Lucillum Balbum lib. I. de Nat. Dcor. quare eos imitantur etiam in ineptis nominum derivationibus. Vide Cuicium Obser. lib. II. cap. 37.

## De Verborum Obligationibus.

## Cap. III.

## E P I T O M E .

Lib. 2  
tit. 9.

**V**ERBIS contrahitur obligatio ex interrogacione dantis, & responsione accipientis, ita ut si ille, qui dat, interroget, HOC MIHI DABIS? qui accipiet, respondeat, DABO. Aut in obligatione debitoris, si aliquis fideius for accedat, ille, qui personam fideiussori tradit, interroget: ISTVM FIDE TVA ESSE IVBES? & ille respondeat: FIDE MEA ESSE IVBEO. hac conditione non solum ille, qui debitor est, sed & is, qui fideiussor existit, obligatur. Et non solum fideiussor ipse, dum uiuit, sed & heredes ipsius, si ille defecerit, tenentur obnoxij. Creditor autem, qui pecuniam dedit, in potestate habet ad reddendam pecuniam, quem uelit, tenere, utrum ipsum debitorem, an fideiussorem. Sed si debitorem tenere elegerit, fideiussorem absoluit. Si vero fideiussorem tenuerit, debitorem absoluit. Quia uno electo, quem idoneum creditor iudicat, alterum liberat.

**V**ERBIS] ore prolati, non scriptis. ideoque neque mutus, neque surdus, neque infans stipulationem contrahere possunt, nec absens quidem, quoniam exaudire inuicem debent. l. 1. D. hoc tit. Est igitur hec obligatio uerborum conceptio, que stipulatio dicitur. l. 5. §. Stipulatio, hoc tit. §. 1. Inst. hoc tit.

**E**X INTERROGATIONE DANTIS, ET RESPON-  
sione

**S**IONE ACCIPIENTIS &c.] Stipulationes quibuscumque contractibus, & conuentionibus adiunguntur, l. si dominus, 8. de Pre scr. uerb. vt uincula praebeant conuentionibus, qua per se adstringere non possunt, uel ut contractus, qui per se possunt, fortius adstringant. Et aut praecedere, aut sequi contractum possunt, l. 3. §. vlt. l. 6. ad S. C. Maced. l. 6. de Noua. & dele. Quamobrem pecuniam mutuo daturus, ante quam adnumerat, stipulari potest, eam sibi reddi, quo sensu intelligendus est hic locus Caij. alioquin tota sententia in uera uidetur: neque enim potest, qui dat, alium interrogare, an dabit. Sed qui accipit, hoc agere debet. quo casu hic locus ita emendandus foret: VERBIS CONTRAHITVR OBLIGATIO EX INTERROGATIONE ACCIPIENTIS, ET RESPONSIONE DANTIS; ITA VT SI FILLE, QUI ACCIPIET, INTERROGET, HOC MIHI DABIS? QVI DAT, RESPONDEAT, DABO. Sed prior sententia placet. Debet autem utique loqui, quia stipulationis substantia ex uerbis penderet. quamobrem si alter interroget, alter sine uerbis adnuat, nulla stipulatio concepta est. l. 1. §. 2. hoc tit. Verba autem talia hac in re olim tradita fuerunt: Spondes? spondeo, promittis? promitto. Fideipromittis? fideipromitto. fideiubess? fideiubco. Dabis? dabo. facies? faciam. §. 1. inst. hoc tit. Pariter si impersonaliter respondeatur, ut apud Plaut. Pseud. Viginti minas dabin? dabuntur. qua de re Alciat. lib. 2. Parerg. cap. 18. Sed & si quis ita interroget, Dabis? responderit, quid ni? & is utique in ea causa est, ut obligetur, d. l. 1. §. 2. Sed demum solennitates uerborum à Leone sublata sunt, ut postea sensus potius consideretur ab utraque parte, l. omnes, C. de Contr. & com. Slip. §. sed haec solemnitas Inst. hoc tit. & quamuis stipulatio iuris ciuilis sit, tamen ob adnexionem cum juris gentium conuentionibus quacunque lingua fieri semper potuit, d. l. 1. in si. de verb. obli. §. 1. Inst. cod.

**S**I ALIQUIS FIDEISSLOR ACCEDAT] De satis acceptione loquitur, qua etiam stipulatio est ita promissorem obligas, vt ad promissores etiam ab eo accipiatur; id est qui idem promittunt, l. 5. §. satis acceptio, D. hoc tit. Hi ad promissiones uocantur Stipulares, uocantur Fideiussores, dicebantur Predes, Uades, Vindices. si habet tres posteriores propriæ ad promissores in iudicio essent. Praes in ciuili, Vas in criminali iudicio. Ausonius Edyl. 12.

Quis subit in poenam capitali iudicio? vas,

Quis,

## Institutionum Caij

**Quis, quum lis fuerit nummariæ, quis dabitur?** Præf. Fe-  
stus verbis Pauli: Vadem sponsorem significat in re capita-  
li, at confundi hæc nomina, & uadem nummariæ quoque rei sponso-  
rem denotare tradidit Acror apud Horat. ac in ea significacione utun-  
tur Imp. Leo, & Zeno in l. vlt. §. hæc autem, C. de Castren, & Mi-  
nist. lib. 12. Vindicis nomen antiquius uidetur, fuit enim in duode-  
cim tabulis ita: ASSIDVO VINDEX ASSIDVVS ESTO,  
&c. vt est apud Agellium lib. 16. cap. 10. & meminit Cicero in To-  
picis, ubi Boetius vindicem interpretatur procuratorem, quum po-  
tius is sit, qui iudicio sifeti, iudicatumque solui satis pro alio dahat.  
Sed & alium errorem ex Boetio ibidem ortum adnotare lubet, nimi-  
rum quod ait Cicero, legem Aeliam Sentiam assiduo vindicem assi-  
dium esse iubere. nam uerba illa Aelia Sentia, vel Sanctia, ex  
commentario Boetij in (Ciceronis contextum (vt sepe fit) irrepsero: sic  
enim Ciceronis uerba esse debent, Quum lex, assiduo vindicem  
assiduum esse iubeat, locupletem iubet locupleti. locuples  
enim assiduus, ut ait Aelius appellatus ab eis dando. Legē  
Cicero intelligit duodecim tabularum. falsò Boetius legem Aeliā  
Sentiam, quæ lata fuit tantummodo tempore Augusti, ut dixi lib. 1.  
cap. 3. Deceptus est autem, quia Cicero interpretationem Aelij ad-  
ducit. At neminem credo fugere, Sex. Aelium libro, qui inscriptus  
erat Tripartita, leges duodecim tabularum esse interpretatum, l. 2.  
§. Deinde Sex. Aelius, de Orig. in. Cic. lib. 2. de legib. Festus in cal-  
ce lib. 19. Atque hunc Boetij errorem etiam à doctissimo Briso-  
nino animaduersum, quodam loco memini me legiſse, gauisuisse  
sum.

**ILLE, QUI PERSONAM FIDEIVSSORI TRADIT.**)  
Etiam ab alijs notatum uidi, sic esse legendum: **ILLE, CUI PER**  
**SONA FIDEIVSSORIS TRADITVR.** Stipulatio fit inter  
creditorum, & fideiussorum, interrogat creditor, responderet fideiussor,  
l. 8. de fideiuss. & mand. l. 32. D. Mand. l. 3. in fin. de admin. rer. ad.  
ciuit. per. l. 12. C. de fideiuss. & mand. Siquis tamen se scripsisset fide-  
iussisse, uidentur omnia solemniter acta, quamvis uerè non intercesser-  
et stipulatio, l. 30. de verb. obli. Sed & si præsentes fideiussores no-  
minati fuerint, nec contradixerint, l. 4. in fin. de fideiuss. & nominator.  
& her. tut.

**SED ET HERedes IPSIUS, SI ILLLE DEFECERIT**  
&c.] quia fideiussor Rei, seu debitoris locum obtinet, l. 4. de fideiuss.

## Liber Tertius.

81

& man. l. 24. C. endem. §. secundo, Institu. eodem.

**IN POTESTATE HABET AD REDDENDA M**  
**PECVNIA M, QUEM VELIT TENERE, VTRVM**  
**IPSVM, &c.) Homo Gótholatinus hoc vult, vt creditor potestas**  
sit, seu reum, seu fideiussorem eligendi, qui debitum soluat, l. 3. l. 5.  
C. de fideiuss. & mand. quin & vtrunque conuenire potest in solidū,  
aut diuisis actionibus à singulis partes petere, l. 3. §. vlt. de duob.  
reis, l. 1. 3. §. ctiam, de Pign. & hypot. l. 5. l. §. 2. de Fideiuss. & man.  
At Iustinianus uetus ius reduxit, ut prius conueniatur ius printi-  
palis, postea Fideiussores, Auth. de Fideiuss. & man. que est Non. 4.  
**QUI A UNO ELECTO, QVE M IDONEV M &c.]**  
Hoc falsum est, electio enim nullum ex his liberat, l. Reos, 23. C. de  
fideiuss. & man. Caius fortasse scripsisset, alterum liberari, si alter ele-  
ctus solidum soluisset. aut si creditor diuisisset actiones inter fideiuss-  
ores, l. inter, 5 l. §. quum inter, de fideiuss. & mand. quam sententiam  
Anianus dum ueritatem, inuertit.

## E P I T O M E.

**S**VNT & ALIÆ OBLIGATIONES, QUÆ NULLA PRÆCEDENTE IN-  
TERROGATIONE CONTRAHÍ POSSUNT, ID EST, UT SI MULIER SI-  
UE SPONSO UXOR FUTURA, SIVE IAM MARITO DOTEM DICAT.  
QUOD TÀM DE MOBILIIS REBUS, QUAM DE FUNDIS FIERI PO-  
TEST. ET NON SOLUM IN HAC OBLIGATIONE IPSA MULIER OBLI-  
GABITUR, SED & PATER EIUS, & DEBITOR IPSIUS MULIERIS, SI PE-  
CUNIAM, QUAM ILLI DEBEBAT, SPONSO CREDITRICIS IPSE DEBI-  
TOR IN DOTEM DIXERIT. HÆ TANTUM TRES PERSONÆ NULLA IN-  
TERROGATIONE PRÆCEDENTE POSSUNT DICTIONE DOTIS LEGITI-  
TIMÈ OBLIGARI. ALIÆ VERÒ PERSONÆ, SI PRO MULIERE DOTEM  
MAIITO PROMISTERINT, COMMUNI IURE OBLIGARI DEBENT, ID  
EST, VT & INTERROGATÆ RESPONDEANT, & STIPULATÆ PROMIT-  
TANT. ITEM & ALIO CASU TINO LOQUENTE; & SINE INTERROGATIO-  
NE ALIO PROMITTENTE, CONTRAHITUR OBLIGATIONE, ID EST, SI LIBER-  
TUS PATRONO, AUT DONUM, AUT MUNUS, AUT OPERAS SE DATU-  
RUM

Institutionum Caij

rum esse iurauerit. (Exponendum hic, quid sit donum, aut munus, vel operæ:) in qua re supradicti liberti non tam uerborum solenitate, quam iurisurandi religione tenentur. Sed nulla altera persona hoc ordine obligari potest.

**S**TIPULATIO UERBIS OBLIGAT. Sed & nunquid & aliares est, quæ uerbis obliget? Due sunt. Dotis dictio, & iureiurandum liberti. Dotem dicere potest mulier, quæ nuptura est, & debitor mulieris, si iussu eius dicat. item parens mulieris uirilis sexus per uitilem sexum cognatione iunctus, uelut pater, auus paternus. Hæc Ulpia. in fragm. tit. 6. Quæ solemnitas sublata est, unde Tribonianus in l. 1. §. pen. de Collatio. dot. scripsit, ex pollicitatione dotis, quum Ulpianus dixisset, ex dictione. Sic in l. 31. in f. de Nouat. & deleg. deposit, doti promittere, pro doti dicere. & in l. 1. C. de iu. dot. bis Pollicitatio, quum fuisset dictio. neque enim tunc temporis ex nuda pollicitatione dotis actio nascebat, quum id à Theodosio inductum fuerit, leg. penul. C. de Dot. promiss.

**S P O N S O C R E D I T R I C I S ]** Patau. **M A R I T O C R E D I T O R I S , male.**

**A L I A E V E R O P E R S O N A E &c.]** Catere personæ dicere dotem non possunt; dare, & promittere dotem possunt, ut ait Ulpian. tit. 6. cuiuscunque sexus, conditionisque sint, l. promittendo, 41. de iu. dot.

**E T S T I P U L A T A E P R O M I T T A N T . ]** Patau. **E T S T I P U L A T I O N E M P R A E M I T T A N T .**

**I T E M E T A L I O C A S V &c.]** lego: qte. M ET A L I O C A S V V N O LOQUENTE, ET SINE INTERROGATIONE PROMITTENTE. Ut iurisurandi obligatio contrahatur, libertum esse oportet, qui iuret, & libertatis causa iurare, l. et iurisurandi, 7. de Oper. libert alioquin si libertus non esset, & operas præstaturum se iurasset, nec ipse, nec fideiussor tenebitur, l. si quis pro eo, 56. de fideiuss. & mand. pariter seruum, antequam manumittatur, si iuret, non tenetur, l. seruum, 36. de manum. test. neque. n. aliter, quam liber obligatur, l. vt. de libera. causa.

Liber Primus.

**E X P O N E N D U M H I C , Q V I D S I T D O N U M &c.]** Appendiculam hanc Aniani adgnouimus lib. 2. in fine capi. 12. de Lege Falcidia. De donis, & muneribus uide l. 194. l. 214. de verb. sig. de operis l. 1. l. 3. l. 22. de oper. liber.

**N O N T A M V E R B O R V M S O L E M N I T A T E**) quia nulla solemnitas uerborum fuit, quæ stipulatio non intercessit. tenentur ergo verbis, & religione iurisurandi. Si nudis uerbis promisissent absque iureiurando, non tenerentur. Si liberti non forent, etiam si iurassent, non tenerentur.

**S E D N U L L A A L I A P E R S O N A H O C O R D I N E O B L I G A R I P O T E S T . ]** Nemo alius iureiurando obligatur, vt superius dictum est. quia iureiurandum pasto comparatur, l. 1. l. 25. de iureiur. l. Stichura. 95. §. naturalis. de Solut & lib. l. non solū, l. l. §. 1. de iniur. liurisgentium. 7. §. & generali, de Pact. sed pastu actionem, aut obligationem non parit, l. liurisgentium, §. sed quæ nulla, de Pact. ergo nec iureiurandum, l. si quis maior, 41. C. de Transact. Hodie ex iure Canonum utrumque obligationem inducit, c. i. e. 3. de Pact. cap. si vero, cap. veniens, de iureiur. 22. quæstio. 5. cap. iuramenti.

De inutilibus stipulationibus. Cap. IIII.

E P I T O M E .



**R A E T E R E A** inutilis est promissio, Lib. 2. etiam si stipulatione interueniente facta tit. 9. sit, si id aliquis daturum se promiserit, quod sui iuris non est: hoc est si aut ingenuum hominem, quasi seruum, se datum promittat; aut si mortuum aliquis, quem uiuum credebat, promiserit: aut locum sacrum, aut sanctum, aut religiosum daturum se quicquid promiserit. Præterea inutilis est promissio, si aliquis re sub tali conditione promittat, q̄ impleri p̄ rei difficultate nō possit.

**PRAETEREA** 7NUTLIS &c.] Cur ait **PRAETEREA**?  
quia dixit inutiliter quenquam obligari ex dotis dictione, preter  
tres personas iam connumeratas, item ex iure iurando preter liber-  
tum.

**QUOD SVI FURIS NON EST**.) sui iuris esse dicimus,  
qui aliena potestati subiectus non est. At homo parum latinus sui  
iuris non esse hic intelligit, quod in re promissionis non est, aut quod  
dominio nostro non subiectur, ut loquitur Justinianus in princ. hu-  
ius tit.

**HOC EST, SI AVT INGENVVM HOMINEM**) Ca-  
ius dixerat librum hominem, ut Justinianus, §. 1. hoc tit. quid enim  
de liberto? Neque ualeat hac stipulatio, etiam si ex libero seruus fieri  
potest, l. inter stipulantem, 83. §. sacram, de verb. oblig. d. §. 1. Instit.  
hoc tit. nam quod ab initio non ualuit, ex postfacto non confirmatur.  
Et ita Catoniana regula in stipulationibus quoque locum habe-  
re uidetur. quid, si quis ita stipulatus sit, illum quem seruus es-  
se coepit, dare spondes? tunc etiam ab initio ea stipulatio in-  
valida erit. nam ea, quae natura fui dominio nostro exempta sunt, in  
obligationem nullo modo deduci possunt, d.l. 83. & §. Item contra,  
Inst. hoc tit. Sed & si Stichum seruum dare quis promisit, isque  
antequam traditus sit, sine culpa promissoris ad libertatem peruc-  
nerit, liberatur promissor, d.l. inter stipulantem, §. sacram. quia regu-  
la est ea, que initio constituerunt, postea extingui, si ad eum casum de-  
ueniant, a quo inciperent non possunt, d. §. Item contra, Inst. hoc titu-  
lum dicendum de re sacra, & religiosa, & sancta in exemplo, quod  
subiectur.

**SVB TALI CONDITIONE PROMITTAT, &c.]** Impossibilis enim conditio uiciat contractum: ueluti, Si dixito coe-  
lum attigero, dare spondes? l. 7. de verb. oblig. §. si impossibilis,  
Inst. hoc tit. ultimam uoluntatem non uiciat, sed conditio pro non scri-  
pta habetur, ut docui supra lib. 2. cap. 8. Que nam diuersitatis est ra-  
tio? ex est, quia qui solus agit (vt is est, qui testatur) si errore aliquo  
ducatur, non habet, qui animaduertat at in contractibus, quia ex duo  
rum plurium vè consensu aguntur, & omnium uoluntas spectatur,  
proculdubio talis cogitatio est, ut non omne facilè labantur, du-  
centes, quod adiuvat est, l. non solum, 3. t. de oblig. & actio.  
præterea favorabilior est ultima uoluntas, & sustineri facilius so-  
let.

## E P I T O M E.

**PRAETEREA** inutilis est interrogatio, & promissio, si ita Lib. 2  
aliquis interroget debitorem: POST MORTEM tit. 9.  
MEAM, VEL TVAM ILLVD DARI SPONDES?  
quod propterea inutile uisum est, quia à persona here-  
dis obligatio incipere non potest. Et ideo nec heredi  
creditoris sub hac sponsione obligatur debitor; nec de-  
bitoris heres creditori tenetur obnoxius. Item inutilis  
est obligatio, si dicat creditor, PRIDIE QVAM MO-  
RIAR, DARE S P O N D E S ? vel interroget debito-  
rem, PRIDIE QVAM MORIARIS? similiter &  
haec stipulatio inutilis iudicatur, quia non potest sciri,  
quando sit pridie quam aliquis moriatur, nisi postquam  
mortuus fuerit.

**POST MORTEM MEAM &c.]** §. post mortem, Inst.  
eod. hodie ex Justiniano hec stipulatio ualeat, & scrupulosam, l. de  
Contr. & comm. stip. §. sed & si quis, Inst. hoc tit.

**NEC DEBITORIS HEREES &c.]** Impressum Patauij;  
**NEC DEBITORIS HEREEDES CREDITOR I TENEN-  
TVR OBNOXII.**

**PRIDIE QVAM MORIAR]** d.l. scrupulosum, d. § sed  
& si quis dixerit, Quum moriar, dare spondes? vi-  
lis semper fuit stipulatio, §. ita autem, Inst. hoc sit l. quodcumque, §.  
1. de verb. oblig. nam & conditiones, que in datione consistunt, ex-  
tremo etiam uite momento impleri possunt, l. vlt. de cond. inst. que in  
facto consistunt, non uite posse. ideo non ualeat ea stipulatio:  
Quum morieris, Alexandriam uenire spondes? l. centesimus,  
§. 1. de verb. oblig. quia fieri non potest, ut quis extremo uite momen-  
to, Alexandriam eat. Juris consuli moriendi uerbum uite adscribitur,  
ut & quidam Philosophi fecere, quanquam alii morti vindicarunt,  
